GORDAN MS 57
BMC MS 94

10957

C4

BRYN MAWR
COLLEGE LIBRARY

From the Library of
Phyllis Goodhart Gordan '35

109

Spazio Doppio

Fil. Doppio

Tutto punto

1995 Gordon Library

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM LIBER PRIMVS INCIPIT FELICITER

LEONARDVS COLVCIO SALVTEM

plurimam dicit. Romam uenit ad VIII kl apriles. mox q; ut primum licuit pontificem adiens, salutandi q; causa & mei ipsius exhibendi ab eo pbenigne quidem ac phumaniter recept' sum. Quãq; primo statim congressu, ubi me aspexit, nullo adhuc uerbo a me facto conuersus ad eos qui proxime adstabant, iunior hic est inquit q; putaram. hec prima uox illius a me audita est. Post hec ego consueta ueneratione illum affatus cum essem. ipẽq; perpauca quedam respondissem. resumpsit ea ipa que primo edixerat. Summa uerboz eius ista fuit. Officio cuius me grata euocasset, magnum pondus, magnamq; dignitatem inesse. nec literas modo uez etiam annos flagitare. Nam adolescentẽ ei muneri preesse, uix satis habere dignitatis. In te autẽ inquit ceteri me omnia inuitant etas [illegible]. Sed hec alias considerare licebit. Ita tunc ab illo dimissus sũ. Plenum erat auditorium cum hec a pontifice dicebantur. diffususq; rumor est quasi ob etatem impedirer dignitatẽ nanciscar. que uox in spem multos erexit. et in primis Jacobum angelũ familiarem tuum. qui uerbum ea de re pius fecerat nunq; is nunc acerrime petit. Jncendunt ut audio illum fautores qdam: pturpe sibi affirmantes, si eius q quadriennio iam toto in curia fuerit, nulla ratione habita. ego absens atq; solo nomine cognitus arcessor. preser

tum cum ea sit etate, ut plusq̃ maturus huic muneri uideri possit. Hac ille indignatione pcitus, & in spem elatus, cursitat nunc cum fautoribus suis. multosq; ad pontificem hortatores submittit. & quod sup omia molestissimum est comparationes odiose ab illis induc̃untur. Itaq; uideo fortuna quadam mea fieri, ut cũ quo duidum emulo studiis litteraꝝ florentie contẽdi, cum eodem nunc michi rome sit de honore dignitateq; certandum. Sed meum quidem factum legitimum ẽ, sine cuiusq̃ obtrectatione. Illius autem conatum non ambigo tibi improbum iniustumq; uideri, totum q; ex liuore transuersaq; inuidia proficisci. Nam si locum hunc concupiuit: cur non ante aduentum meum petierat.? Si non concupiuit: cur nunc tandem cupit.? Difficultatem uidelicet meam, sibi facultatem esse uult. pendentemq; me cui opem ferre oportuit: crudeli inhumanoq; impetu ad ruinam impellere. Ego certe quãq̃ me nouitas ipa loci & inconsuetudo hominiũ, multaq; sum alia in hac re pturbant: tamen non deero ipse michi. conabor q; & annitar ut quanq̃ etate me supet: ceteris tamen rebus a me ipẽ supetur. Vale. Rome .iii. nonas aprilis.

LEONARDVS coluccio. Scripsi antea tibi de contẽtionibus in quas huc profectus preter spem uoluntatem q; incideram. Postea hec secuta sunt. Pontifex ob eam quam tunc scripsi causam ambiguus, differendo ac procrastinando neq; reicere plane me, neq;

re/ere uidebatur. Fautores aduersarii competitoresq;
m multa continuo illi suggerentes insusurrantes q;/
anoleste nos inuicem comparantes, incertiorem in
d'pontificem reddiderant. Jta mensis fere totus tran-
sijs est. Tandem uō contentiones & lites & aduersari-
o.actantie/ comparationesq; ille molestissime eum finē
huere/ ut non modo non grauiter ferendum sed optā-
dn etiam fuerit & precandum/ illas aduersus me inter
cisse. Nam cum ferueret maxime id certamen/ ac
sna iam spe aduersarii tenerentur/ littere ad pontificē
ex gallia uenerunt: a duce biturigensium. Res qua de
acbatur/ grauissima erat & maxima. ipāq; q; littera/ lō-
g'& elaborata series. Ad has cum respondere pontifex ac-
curius uellet/ ex cardinalium sententia michi compe
titriq; meo negotium mandauit. quasi in hoc ipō utriusq;
norum iudicium facturus. hic ego letatus occasionem in
pretam cum illo ut optabam in compationem ueniendi:
rescripsi uti preceptum fuerat. biduoq; post constituto tem
pore mee illiusq; littere pontifica patribusq; recitate sūt.
Quibus lectis quantum interesse uisum fuit nescio. Illud
tantū scio/ fautores illius qui tam arroganter illum
michi referebant/ aperte iam confiteri se falsa nimium
opinione ductos errauisse. Pontifex certe ipē michi sta-
tum gratulatus/ reiecto illo me ad officium dignitatemq;
recepit. Hec tibi rescribere festinaui/ ut siquam forte
supioribus ex litteris molestiam suscepisti: eam nūc tan
dem tota re cognita omnino deponas. Vale.

INnocentio pape linus colucius salutatus post humm re
comendationem & pedum oscula beatoy. Nescio cuiagis
gratuler sanctissime in xpō pater & dne uere succes pe
tri uniceq; uicarie yhu xpi tue ne sanctitati an filiolo
dilecto leonardo arretino quem in tuum a secretis in
ter asciuisti. Letor equidem & exulto qd tibi talis seitor
accesserit quali tua sanctitas indigebat. Non qd bonos &
industrios non haberes sed quoniam quotquot tibi hi
contigerint uel dominis aliis in quoy manibus orbier
ray est semp pluribus egeretis. Letor igitur & exulto con
tigisse talem tue beatitudini seruitorem: etate iuuenem cor
pore ualidum: aspectu gratum: scientia clarum: eloquen
tia singularem: latinis excellentem litteris: peritum nō
mediocriter grecis. quod q; sup omnia pretiosum est integ
gra fide & singulari bonitate prestantem. De quibus qdē
omnibus licet pleraq; uideas, & omnia forte prepis, ego tam
tibi uerax & fidelissimus testis sum. Cum enim ipm in diu
recepisses in filium: & ipē se totum conuersatione honesta
michi dederit: totum agnosco totum q; discussi. nec re potest
in aliquo tanto tempore latuisse. Continua & studio nobis
consuetudo fuit. et cum de cunctis que componerem iudex
esset, & ego suay rey arbiter uersa uice nos mutuo cuti ferro
ferum acuitur exercebamus. nec facile dixerim & e hoc dulci
& honesto contubernio uter nostrum plus profecerit Uterq; ta
men eruditior euasit. Vt fateri oporteat mutuo nos nobis
fuisse uicissim discipulos & magistros. In quoy memoria
dum hec scriberem nimis cōmotus sum: cum ne sentiam
tali socio taliq; presidio destitutum. Maximaq dem certi

tudine de quacūq; re amboꝝ consentiret auctoritas teneba
mur. Nunc autem nec habeo quid doceam nec etiam a
quo discam. Sed hec satis. Tuo quidem cōmodo & honore
suo, mea decet incōmoda post habere. Jamq; ad leonardū
nostrum pro conclusione reuertatur oratio. Habes uirum
aptissimum rebus magnis. Virum fidelem & integre ōdi
tionis & mentis. Scio quid loquor & id xpi uicario uerum
loquor. Quāobrem hortor & opto quod tue clementie & hu
manitati carus sit. & eum cum expertus fueris pro meritis ho
nores suis. qui uix cognitum honorasti. Quibus quicqd fi
des & deuotio mea meretur accedat suppluco, me quidem in
ipō cum plusq̄ dimidium anime mee sit, reputato ut eū
honoraueris honoratum. Et hec satis. Spero quidem ine me-
is & aliorꝝ suffragiis benignitate tua & uirtute sua gratia suis
meritis debitam in tue sanctitatis oculis reperturum. Po honore
autem suo & quia sibi talis contigit dominus quem pōt
imo debet quicūq; seruire maioribus se disponit opare, statu
sūmum benignitate conspicuum, natura mitem, munificen
tia largifluum, mente intelligentiaq; prestantem quiq; ne-
minem naso suspendit adunco ut flaccus ait, gratulor tota mē
te. Spero quidem uirtute tua & probitate sua uidere sci
entiam q̄d rarissimum sit pro meritis honoratam. Vale pr
sanctissime. Sunt qui putent me tibi illa prima epla displi
cuisse, quod & ego uererer, nisi q̄d te nichil respondendo,
suasi michi te lesum a me in aliquo non putare. Nec hu
militatis enim nec benignitatis esset parcere uel leniter tuā
celsitudinem offendenti. florē VIII idus sextilis.

Leonardus coluccio salutato. Etsi sciam que tu nup de me ad pontificem maximum scripsisti, ea omnino uera nõ esse, tamen fatebor enim ingenue cupiditatem animi me: gratissima michi illa quidem & acceptissima fuere. Tam enim facio iudicium tuum, ut uel unius eple testimonio, uniuersos obtrectatoꝝ impetus, quibus nescio q̃ modo fato, ubicũq; sim carere non possum, facile me fractum esse confidam. Nam tu sic omnia in meam laudem complexas es ut nullus iam maliuolis ad me carpendum relinquatur locus: nisi plane iudicio tuo uoluerim contradicere. Quanq̃ nescio mi iocundissime coluci, michi ne tuis amplissimis atq; ornatissimis uerbis laudato: an tibi qui illa scripsisti plus laudis ex illa tua epla prouenerit. Nam laudes qdem meas ex testimonio tuo homines crediderunt: tuas autem suis ut ita dicam oculis tuitu sunt. Lecta est enim epistola tua pontifici cum multi honestissimi uiri utriusq; ordinis adessent, & non nulli romane ecclie cardinales. Quã cum attentissime & sũmo cum silentio totam audissent, omnes tandem uno re ad te laudandum extollendum q; conuersi sunt. Thoctissimum te eloquentissimum te uiroꝝ optimum pdicabant. Mouebat eos ut michi uidebat" grauitas atq; ornatus orationis tue. Sed sup omnia mouebat illa ingens atq; incredibilis caritas quam te hr̃e erga me pfecte tuis in litteris apparebat. Que quoniã ex uero animi & simplici quadam bonitate proficisci uidebatur, mirum in modum uniuersis placebat. Itaq; aspiciebant me omnes quasi te ipm̃ cernerent, & studia

lia atq; exercitationes nostras, in quibus tu ceu ferro
ferrum acuisse nos dicebas, mente uolutabant. applau
debant q; amicitie & familiaritati nrē. nec poterant
me non aliqd esse putare, quem tu tanto studio lau
dare non dubitaras. Ex tuis ergo litteris effectum ui
deo, ut si qua existimatio erat i m de moribus ingenioq;
meis apud homines constituta, ea non solum confirma
ta sit, uerū etiam accumulata. Quod si unicum benefici
um abste accepissem, agerem nunc tu gratias multis
uerbis. Sed sunt tot ac tam ampla quē me contuliste,
ut si uerbis satisfacere uelim stultissimus sim existiman
dus. Itaq; non agam tibi gratias, sed semp habebo. refe
ram uō libenti animo si quando facultas dabitur. Litte
ras autem tuas quarū exemplum ad me misisti reddē
das esse non censui. Nullo enim modo faciendum mi
uisum est, ut simultas iam sopita & obliuioni tradita re
fricaretur. Nam si malo animo in me est, satis ueo puni
tur. quod de me quotidie audit & uidet multa que ipē
nollet. Illud etiam qd in principio scripsisti, um ante
omnes fuisse postulatum, omni profecto carei ueritate.
Nunq enim hoc ego exploratissimum habeo postulatus a
ut petitus aut requisitus fuit. Nisi forte postulationem
uocat, quorūdam amicorū suorū exhortationes ut eum lo
cum petere uellet. qui tam quantū errarent paulo post
declaratum est, cum ipē p se ac p amico petens, nichil
omnino preter repulsam obtinere potuerit. Vale

ideo
habeo.
refero.

LEonardus coluccio Ad litteras tuas accuratius respon

débo/ cum plus otii nactus fuero. nunc ista uulgaria trã
sigam. Primum uideo quid moneas/ & sequar consiliũ
tuum/ nec qcq̃ pretermittam. Pro religiosis uõ illis qui
se in galliam transferre cupiunt/ dabo opam utq̃ cito ad te
diplomata pferantur. D situ urbis rome si turbationes
pmiserint cito ut spero compotem reddam. Saluum re
diisse bonifatium nostrum michi gratissimum est. De
salutato autem curio diligenter/ ut ita fiat queadmodũ
fieri postulas. Nos sumus hic continenter in armis/ atq; eo
fit ut minus pe adhibere litteris queam. Tanta est enĩ
romani populi inconstantia ac puersitas/ nullus ut qeti
relinq̃atur locus. Heri ante lucem egressi urbe romani
cum quibusdam auxiliaribus regiis pontem miluium occu
pare tentarunt. Turrim sup eo ponte nostri custodiunt/
nequis inuito pontifice transire possit. Vehementer ibi a
liquot horis pugnatum est. Tandem nrīs laborantibus sub
sidio missi equites/ romanos in fugam uertere/ paucis inter
fectis plurimis uulneratis. Illi in urbem reuersi soli
ta temeritate in capitolio consistunt/ multitudinem conuo
cant. festus erat dies/ plebs otiosa & uino calens concur
sat. Sumuntur raptim arma. uexilla promuntur ad op
pugnandos pontificis edes ire pgunt. Nostri contra in
stare/ parare tela: cohortari insistere: expectare forti ani
mo populi impetum. Ante molem hadriani que male
pacata nobis est/ uallum iacere. Nox deniq; certamen
diremit. Ea nocte uigilie p totam urbem facte. nescio q
quẽ finem res sit habitura. Tu gaude & siquid de pisis ha
bes me certiorem face. ii. nõ augusti ex urbe cccc.v. sup̃ mil

le.

Leonardus colucio.s. p. d. Supioribus diebus ad te scripsi qs esset status rey nrāy. Deinde hec secuta sunt. Ad viii idus augusti romani qdam ciues ad pontificem uenere/ gratia ut aiebant discordiay componendaz. Hi post multa in auditorio agitata cum re infecta domum redirent. paulo supra molem hadriani inuaduntur. Capti ex his undecim nam ceteri in ipō impetu dilapsi euaserant/ ad ludouicum pontificis nepotem cuius iussu capti fuerant adducuntur. Ibi cum multa eis exprobrarentur de pfidia in pontificem de oppugnatione pontis miluii recentissime tentata/ de occultis insidiis de corruptela regis. illiq; respondentes pleraq; a se recte facta defenderent/ exarsit ira iuuenis ac retundere ora gladio cepit. Denicq; omnes undecim trucidati sunt ac post eedem ex fenestris edium pcipites dati. Inter hos duo fuerant ex septem uiris quos ad gubernandam rem.p. populus romanus creauerat. Ceteri autē nouem ex primariis ciuibus. et qd dolendum est nō nulli ex his qui has molestias inferri nobis pmolestе ferebāt. Huiusce autem rei cum celeriter fama p urbem uulgata eet, itur confestim ad arma. complentur omnes aditus/ clamoribus & uociferationibus omnia resonabant. Ego paulo ante fiducia eoy ciuium qui ad pontificem uenerant: flumen transgressus in urbem ieram. Itaq; mox audito tumultu recipere me ad nostros propero. Cetera igitur urbis dimensus/ cum ad pontem hadriani puenissem/ armatoy ingentem cateruam qui aditum occuparant offendo. Stabat ferri acies mucrone corrusco stricta parata neci. qd ego simul ac prospexi/ auerso celeriter equo in proximū

angiportum desilio/ ac mutata veste/ pedes me turbe
admiscens stationes armatoz incognitus ptranseo. Vix
me digresso minister/ quem cum equis reliqueram ab
armatis oppressus est & equi vestesq; abducti. Michi
uõ postq̃ ad nrõs pueni primum spectaculum fuit cesoz
acervus. Jacebant enim media in via sanguine fedati/
& magnis vulneribus confossi. Steti horrens lustravi
q; omnes oculis/ quosdam etiam ex his michi notos re-
cognovi. Jnde ad edes pontificis ire pgo. Jlle miro do-
lore angebatur. Jlle miro dolore angebatur. Res enĩ
tota eo insano transacta fuerat. Vir pacificus & mitis a cu-
ius lenitate nichil est qd magis abhorreat q̃ cedes & hu-
mani sanguinis effusio/ mestus sese ac fortunam deplo-
rabat suam: oculos interdum ad celum tollens/ quasi de-
um invocaret testem sue erga populum romanum ĩno-
centie. Pontifex igitur circa hec intentus/ nec qd agẽt
nec ubi consisteret/ pre nimio dolore sciebat. Circũstan-
tium autem varie erant sententie. Alii confestim abe-
undum censebant/ nec impetum populi romani tã insi-
gniter lesi irritati q; expectandum. Esse insup haud
procul ab urbe regias copias/ quas pro romanis sta
re non ambiguum erat. Alii nullo modo abeundũ
sed obsidionem tolerandam/ auxilia q; ex amicis
oppidis arcessenda censebant. Erant etiam qui po
stera vel altera die abeundum putarent: ut simul
colligenday rez spatium esset/ simul ut non fuga
sed migratio illa videretur. Duo erant aditus qb;
ex urbe roma ad nos puadi posset. Vnus p pontem

cui molef hadriani ſup impoſita eſt. Alter p tranſty-
berim & ianiculi collem. Ad molem hadriani quo
niam de fide eius qui arcem tenebat dubitabatur/
ſtationeſ nr̃oꝝ militum oppoſite fuerant: ualloq; &
aggere in modum caſtroꝝ munite. Ad ianiculum
metua erant non nullis in locis uetuſtate collapſa. hec
quoq; loca armatis complebantur. Reſiſti ſine du-
bio poterat contra omnem populi uim. Vꝛ qa ciba
ria paucoꝝ admodum diꝛ aderant: & regie tur
me nobis infeſte aduentare nuntiabantur/ uicit eoꝝ
ſententia/ qui ſuadebant e ueſtigio abeundum. Jgit̃
ſarcinas colligere & impedimenta componere noſtri cõ
tendunt. Quod ubi pro anguſtia temporis factum ẽ/
primum turma equum una/ deinde impedimenta pedi
teſq; proficiſcuntur/ poſt hos pontifex cum omni curi-
alium turba. Extremum fuit equitum agmen/ qui
aliquo interuallo ſecuti uim ſiqua imineret a tergo
repellerent. Superant quatuor diei hore cum urbe
egreſſi ſumus. Profecti non ſine magno timore circiter
ſecundam noctis horam ad uicum ceſianum. xu. milib;
paſſuum ab urbe puenimus. Jbi p eam noctem cõmora-
ti/ poſtridie prima luce caſtra mouimus/ & circiter ſextã
diei horam ſutrium puenimus. Sutrini omni multitu
dine extra portas diffuſa: pontificem alacri uultu re-
cepunt. Jn hac urbe quod reliquum erat diei ac ſecu
tam noctem cõmorati/ poſtera die uiterbium conten
dimus. Reſ qdem ita geſta eſt. Nos ut ſpero aliqt
dies uiterbi manebimus/ Hec tibi ſcripſi leuiter febri-

cutans. Marcus familiaris tuus saluus est. Vna enim no-
biscum ex urbe aufugit. quantum ad eum spectat dabimus
opam, utquēadmodum fieri mandasti ita fiat. Vale et ui-
terbio.

L Eonardus colucio sal. pl dicat. Quesisti ex me an hectoris
nomen aliud significet q̄ p̄ami filium. & quid misenus eolus
q; designent. quibus ue litteris scribi debeant. de quibus
ego uix qcq̄ certi respondere possum cum libros hic habeam
hector qd significet. nullos. Sed quātum memoria tenere uideor. hector idem
significat quod defensor seu tutator. Sic est enim apud
platonem in eo libro qui inscribitur de nomine. Docet ibi
plato hec heroum nomina non esse uera, sed pleraq; eo4a
poetis conficta. Vt hectorem qdem appellatum dicat, q̄a
Astyanacta. urbem tenuerit patriam q; tutatus sit. Astyanacta uo:
quia cum hectoris filius esset ad eum spectabat impiū
urbis. Asty enim grece urbs est. anax impator. Jnde a
styanax dictus a uiris. Nam mulieres ut inqt plato sca-
mandrium appellabant. Remote enim a ciuilibus offi-
Agamenon. ciis non dignitatis nomine uocitabant filium hectoris
sed proprio. Agamēnonem dictum, quia tolerantiā ha-
buit in bello. Aga quidem nimium est, memnon autē
Adrastus. tolerans. Adrastum qa rem non confecit thebanam. A.
enim priuatio est tam apud grecos q̄ apud nos: drao autē
facio. unde adrasti nomen est tractum. Jd etiam magis
hipolytus. in hippolyti nomine apparet. Cum enim hippos equus sit,
lyo autem discerpo: & ab his nomen ipīm hippolyti mani-
festissime conficiatur: quis non intelligat id quidem no-
men ab euentu fabule inditum fuisse. Multa preterea

docet plato in eo ipō libro p que non solum res finxisse poetas ostendit sed etiam nomina plerūq; affinxisse. De eolo autem & miseno nichil habeo qđ referre possim ex alicuius auctoritate. Misenum tamen significare potest odiosū. eolus autem uietum & putridum. hec tibi dicere possum. in quibus si tibi satisfacio bene est. sinō satisfacio incōmoditatem librorū accusa. Vale.

d miseno & eolo.

LEonardus salutē d. coluccio. Non satis conspicuum tibi factū ais. quod superioribus ad te litteris de hectore pscripsi. petisq; unde id nomen ductum sit & quomodo aptius explicari, & simul admirari uideris si id primeuum nō sit: sed postea ab euentu quodam illi uiro tributum: ut apud nos torquati & cincinnati & africani. Ego autē exiliter porro ieiuneq; rescripsisse, non inficias eo, sed accidit hoc pudore quodam. quod ad te hominem ea etate auctoritateq; hisce de rebus scribens quasi tibi notiores esse puto q̄ mihi, uerituſsum ne obtunderem auris: ineptusq; fierem, si prolixius in his ostendendis fuerim cōmoratus. Itaq; uelut admonuisse & tanq̄ digito monstrasse contentus, non ultra explicui. Sed quoniam illud tibi placere intelligo, parebo equidem uoluntati tue. et quod tunc properatio abstulit nunc mora refarciet. Primum igitur de hectore non dubito quin id sit non proprium nomen, sed a poeta fictū. ut etiam neq; de astyanacte neq; de hippolito dubitari pōt. Nam & astyanactis aliud nomen ab ipō poeta didicimus scamandrium. et hippolyti quem fabula tradit turbatis distractum equis, nomen hec ipm ita designat: ut plusq̄ manife-

stum sit/ ab euentu fabule fuisse impositum. Hec ulla sa-
ne admiratio uel tibi uel aliis esse debet/ si a poetis fin-
gantur nomina/ cum res ipsas fingere illis ꝑmittamus.
quas constat minus esse in potestate nrā secundum na-
turam/ q̄ nominum ipō imposiciones. Presertim cum
iusta quedam sit ratio nuncupandi. Vt est in his ipīs
que supra memorauimus. Hectoris enim filium/ qa
spe successionis/ quasi designatus quidam rex opinio-
ne hominum habebatur/ astyanax a poeta dictus ē.
adeoq; fictum nomen ꝑualuit uero/ ut scamandrius
qui fuerit nemo sciat. astyanacta uō omnes agnoscāt.
Hippolyti quoq; non dubito si modo quisq̄ is fuit/ q theseī
filius ab equus distractus fertur/ aliud nomen fuisse/
quod postea ab hoc facto et aduentitio obscuratum depe-
riit/ ut iam nisi hippolytum nemo intelligat. Eadem rō
de hectore est: quod et ipm a poeta factum apparet. du-
ctum autem ab eo qd urbem tenuerit. quod qa non sa-
tis clarum tibi uideri scribis/ conandum est lucidius a-
perire. Tale enim aliqd intelligi uolo/ quale est apud
uirgilium illud Jn summa custos tarpeia mallius ar-
ce stabat pro templo & capitolia celsa tenebat. Tenere enī
hoc in loco tueri est & defendere. Ab hac itaq; significa
tione tractus est hector. Nam grece teneo est. Jn
hector uerbale nomen exeo illi tributum quod is solus
patriam tenuerit contra grecoꝝ impetum. Patescere iā
arbitror quid ipse intelligam/ nil tamen uetat etiodati-
us explicari. A poeta enim ipō siquis in hunc modum
querat. Dic michi homere tu apparatus grecoꝝ tantos

facis ut mare quidem classibus/ terra autem incredibili
armatoꝝ multitudine compleatur. Conueniunt reges
cunctiq; proceres ad troiam oppugnandam. obsident il-
lam atq; circunstant. Quis ergo aduersus tantã uim te-
nere urbem poterat. ⁊ In hunc modum siquis roget/
respondebit poeta. filius erat quidam priami regis/
maximus natu. Is dux ⁊ impator incredibili uirtute/
contra tantam grecoꝝ manum troiam tenebat. atq; ob
eam rem cum hec in poemate describerem/ hunc ipm ad
mirabilem prestantemq; uirum/ a tenendo hectorem nũ
cupaui/ nomenq; a re fingendo ptraxi. Quotiens ergo
de hectore scribo/ totiens de eo qui urbem tenebat sentio/
nec multum admodum interest/ hector dicatur/ an is qui
urbem tenebat. hec igitur si poeta dicat/ liquidissimum
erit qd regis. At enim inqes non solus hector tenebat
troiam contra tantos hostium conatus/ quo pacto enim id
posset. ⁊ Sed ⁊ alii cum eo ꝑplurimi: troes ⁊ lycii ⁊ dar
dani cominus pugnaces. Immo solus si homero credis. Quo-
dam enim loco sui carminis cum hectoris mentionem fe-
cisset/ quasi rationem huius afferret/ ita subiunxit. Solus
enim hic seruabat urbem/ ⁊ menia longi ambitus. Et alio
loco inqt. solo stabat hectore troia. Nec tamen in hoc
ipõ mentitum putes homerum: qa solum dixerit. Nam im
perator in exercitu ut aristoteli placet/ mentis atq; animi
instar habet. milites uõ quasi membra quedam ipsius et
instrumenta sunt. Vt igitur neq; pes neq; manus/ neq; do
labra facẽ opus dicuntur/ sed artifex cuius iussu illa mo-
uentur/ ita in bello/ non militum neq; exercitus/ sed du-

cis impatorisq; opa sunt. Impator uō erat hector. Non er
go suplatione neq; iactantia homerus de hectore locutus
est. qđ solum hunc dixerit troiam seruasse: sed philoso
phia plenus diuina quadam intelligentie ui: ex archano
ueritatis ista deprompsit. Laude in re militari ac res bello
gestas, impatori & duci, hoc est rationi & prouidentie totas
adscribens. Vale

LEonardus sal d. nicolao. Etsi ego mi nicolae prius quoq;
uehementer amabam platonem tuum: (sic enim placet m̄
appellare illum: pro quo tu aduersus indoctoꝝ turbam
omni tempore pugnauisti) tamen ex quo hunc dialogum
eius latinum facere incepi: tantus michi beniuolentie cu
mulus accessit: ut nunc amare ip̄m uidear, prius autē so
lūmodo dilexisse. Caue enim existimes qcq̄ omnino repiri
posse, quod aut sapientius scriptum sit: aut facundius.
Quod qdem ego nunc magis q̄ antea intelligo: cum ob con
uertendi diligentiam singula eius uiri dicta undiq; conte
ram atq; olfaciam necesse est. Maximas igitur coluccio pr̄i
ac preceptori meo gratias ago qui iniungendo hoc munere
tantum michi beneficium attulit. Prius enim platonē dū
taxat uideram, nunc uō etiam ut m̄ uideor cognoui. Cui'
ego libros si aliquando absoluero & latinos quēadmodum
cupimus effecero ne tu mi nicolae qcqd adhuc legisti pre
illius uiri maiestate cōtemnes. Est enim in illo plurima
urbanitas sūmaq; disputandi ratio ac subtilitas. Vberri
me diuineq; sententie mirifica disputantium iocundita
te & incredibili dicendi copia referuntur. In oratione
uō sūma facilitas: & multa atq; admiranda ut greci uo-

. amo.
. diligo.
. Sfuriam.

cant. Nichil est enim insudationis nichil uiolen
ti. Omnia sic dicta sunt quasi abhomine qui uerba atq;
eoy leges habeat in potestate ipa optima ac ditissima na
tura: omnes animi conceptus sūma cum facilitate ue
nustate q; exprimente. Eiusmodi quidem apud gre-
cos est plato: quem ego nisi apud latinos quoq; talē
ostendero apte sciant illum meo uitio deteriorem factū:
nec se platonem legere putent, sed meas ineptias. Vez
ego laboraturum qdem me: ne id contingat polliceor
prestaturum uō non polliceor. Non enim audere talia
de me ipo pollicerī. Illud certe tibi nisi fallor, pstabo:
ut platonem tuum sine molestia legas. Addo etiam ut
cum sūma uoluptate legas. quod ut puto neq; a calcidio
neq; ab hoc altero: qui bene atq; grauiter nomen suum
suppressit: adhuc tibi prestitum est. Sed illi forsan alia
uia ingressi sunt: ego autem alia. Illi enim a platone di-
scedentes syllabas atq; tropos secuti sunt. Ego antē pla
toni adhereo: quem ego ipse michi effinxi q̄dem lati
ne scientem ut iudicare possit. testemq; cum adhibeo tra
ductioni sue, atq; ita traduco: ut illi maxime placē in
telligo. Primo igitur sententias omnes ita conseruo: ut
ne uel nimium quidem ab illis discedam. Deinde si uer
bum uerbo sine ulla incōcinnitate aut absurditate reddi
potest libentissime omnium id ago. Si autem non potest:
non equidem usq; adeo timidus sum ut putem me in
crimen lese maiestatis incidere: si seruata sententia pau
lisper a uerbis recedo ut declinem absurditatem. Hoc e-
nim ipse plato presens me facere iubet. qui cum elegātissi-

mi oris apud grecos sit. non uult certe apud latinos ineptus uideri. His ego fretus nisi qđ tibi pollicitus sum effecero. non recuso eqdem quo minus in pristinum dedar

Sed hec satis. Orationem in qua laudes florentinoꝝ cõgessi, laudatio florentine urbis inscribi placet. Eam q; ut colucius uideat curabis. Vale nonis septẽbr ex uilla lẽzanichi.

letat de amico liberato a carceribus

Leonardus sal. d. panagatho. Nescio quibus uerbis aut qua oratione uti queam ad hanc ĩmensam animi mei letitiam uoluptatemq; exprimendam. Tanta est enim magnitudo gaudii ut omnia uerba leuiora frigidioraq; uideantur. Redditus est michi frater amicus comes familiaris socius studioꝝ pariter ac uoluntatum. Atq; inde redditus est unde redditionem eius iam planissime desperaram. A durissimo carcere a truculentissima bestia a manibus ĩmanis tyranni qui nocentum & ĩnocentum cedibus pariter inhiabat michi redditus ẽ. Ab hoc tam crudeli tamq; seuo portento meus dulcissimus ac suauissimus panagathos sospes incolumisq; euasit. Abiit meror cessauit afflictio recessit animi assidua egritudo. Neq; enim michi poterat esse qcq̃ dulce dum is amicus quẽ ego plusq̃ dimidium animi mei semp putaui in squalore & carcere iniustissime tenebatur. ha q̃s ego dolores quas erumnas perpessus sum. Quotiens deos atq; astra crudelia appellaui. Quotiens iustitiam dei culpaui que talia sufferret. Sed ut inqt ille lento qdẽ gradu. Jam enim non solum ex liberationem tuam letitiam capio: uerꝝ etam ex ruina huius nouissimi phala

ris. que michi in īmensum accumulat gaudia. Sed hec
satis. Nunc tuō mi dulcissime atq; suauissime panagathe:
sic enim te magis appellare iuuat, ram tantidem signi
ficat et minus habet asperitatis) ut unq̄ antea te ama
ui, ita etiam nunc amo. et ut de tua inimicassima capti
uitate sūmum dolorem accepi, ita de tua iustissima li
beratione sūmam capio uoluptatem. Et quoniam in
hoc loco positus sum, pscrutare qcqd curia habet romana,
iquid est qđ usui tibi existimes michi notum face: ego
qcqd mea opa, studio, diligentia efficere possum, in
tua potestate esse totum profiteor. Vale.

L Eonardus sal. d. Nicolao. Pergrata michi fuit diligēna
tua, quod libros ad me festiue indutos misisti. siue illos
ceberus siue radamantus ornarit bellissime habent. Id
tanen admiratus sum qđ sine tuis litteris uenere. Pon
tifex cum uniuersa curia paulo post recessurus est ad ur
bem. Ego iam pridem te uocassem, cognito desiderio tuo
uidendi romam. Iter enim hoc medium confecissem nobis
comitibus atq; sociis, quod certe uoluptati ut opinor tibi fu
isset. Vez ita producta res est usq; in hanc diem, ut in
ambiguo fuerit uerbis ne dūtaxat an re uera iter esset
futurum. Profecto contra atq; fieri solet in hac delibe
ratione nra euenit. Non enim maior pars meliorē ui
cit. sed melior eadem q; maior a minore atq; peiore su
pata est. Ingemiscente enim curia uiterbio abimus pau
coz cupiditate ambitione q; compulsi, & romam uadimus
ad homines preter q̄ magnifice quondam a nobis offen

*. Nō contra Romanos

sos ingenio quoq; ac natura ad res nouas procliues. Nec o
mnino pacata est urbs. Nam intra menia ipsa molem ha
driani hostis habet obsessus quidem attamen habet: qua
de re non bene aprudentibus uiris uideo augurari. Nos
ut cunq; tandem ressint bono animo erimus. De coluccio
autem nrō quo me uertam nescio. Scripsit enim nuper
ad pontificem cōmendationem de me amplam sane ac lucu
lentam. Ego statim phumaniter ac uerecunde illi p meas
litteras de hoc ipō multis uerbis gratias egi. nec ptermisi si
quora eius beneficia nichil deniq; abfuit quo minus ill
in beniuolentia insigni etiam cum gratitudine respondeē.
At tq; ipē quasi uereretur ne homines ex illa cōmendation sua
pluris me facerent q̄ sat esset secundis continuo litteris
mirabilem palinodiam cecinit. Nam cum ad eum quasi ad
parentem questus essem quod febricans nec uina nec medi
cos nec aliud qcq̄ egrotantibus aptum in hac urbe reperīrē
abrepta hinc occasione quasi ipē Zeno aut diogenes esset
me ut insanum lacerare cepit: quod uidelicet afficerer erga
corporis uoluptates. Vtinam he uoluptates inimicis proueniāt
meis: ut quotidiana feori estuantes uina & medicos requirāt
Quā humanius erat meminisse pro nrā amicitia ipm quoq; qd his
caruerim doluisse. Sed omittamus. Ego enim ad eum re
scribens cum plane stomacharer id hoc ipm respondere no
lui ueritus ne si respondere cepissem impetus me ultra q̄ ued
lem corriperet. Itaq; eam transgressus partem alia quedā
lenia que inepte quidem eius epla continebat non absq;
aculeis quibusdam insectatus sum. & hoc ipm feciss me pe
nitet. Nam tolerare honestius fuit quacunq; mente id agat

prefertim

preſertim cum parentis eum loco habuerim hactenus & habi
turus perpetuo ſim. Vale. v. idus martii Mcccc vi. Viterbio.

LEonardus Nicolao ſalutē. Jnuitus equidem qđ tibi iam ante
ſcripſi romam redieram. magis tamen inuitus abſcedo. Ju
uabat enim quecunq; eſſet rei publicę conditio, una cum ceteris e
andem fortunam ſubire. At imminentibus copiis hoſtium
& creſcente in dies metu, pontifex me auxilioq; conuocan
doq; cauſa in picenum & gallicum agrum dimittit. Qua
in re cum cetera ſint moleſta: illud tamen me iuuat: qđ
te uidere ante reditum ſpero. Vale. Rome. viii idus aprilis.

LEonardus nicolao. Heri cum arimino proficiſcens ceſenā
uerſus contenderem, nuntiatuſ eſt michi obitus coluccii no
ſtri: optimi ac ſapientiſſimi uiri quo ego audito, ita men
te concidi ut poſt longum ſpatium uix me recipere ualu
erim. O me infelicem qui tali parente orbatus ſim. Atqui
ego cum pontifex me in hanc legationem dimitteret, qq̄
uter erat moleſtum, tamen ea de cauſa id munus ſuſce
pi qđ ſperabam, idq; cum eo pepigeram me confecto negō
tio florentiam uenturum: & aliquot dies uoluptatis cauſa
apud uos moraturum. Nunc ut uideo non ad uolupta
tem ſed ad luctum uenturus ſum. Nam quomodo ſiccis
oculis plateam illam, quomodo publicas edes, & templa
florentine urbis potero intueri, in quibus cum illo preſtā
tiſſimo uiro ſum diutiſſime conuerſatus: quomodo te ac
ceteros familiares conſpicere, quos nō īmerito lugere cō
iecto. Sed finem ſcribendi faciam. Jmpedior enim lacri-

. de morte Coluccij.

mus. Volo autem ut me bonifatio ac ceteris filiis ute̅q; iohanni nepoti totum offeras. Cum enim pater illoꝝ m̃ pro parente fuerit, decens est ut filios ip̃os pro fratre colam. Vale idus maii ex mutiliana Mcccc vi.

Leonardus nicole medici. Statueram nichil ad te scribe̅ ante q̃ romam rediissem. Sed cum laurentius cremonensis, uir pfamiliaris & studiosus tui, hodie m̃ occurrer nunqd ad te uellem rogaret, nolui ip̃m omnino uacuu̅ dimittere litteraꝝ meaꝝ. Scito igitur me iam multos dies uiterbii cõmoratum. Nam iter sic infestum latrociniis & hostilibus incursionibus fuit, ut tuto transire posse desperarim. Nunc uo̅ q̃m induce quedam cum hostibus facte dicuntur, licebit iter arripere quod faciam hodie uti spero. Ex urbe roma prolixius ad te scriba̅. Vale ij. kl iulias.

Leonardus salutem dicat Antonio grãmatico. Rem sup uacuam postulare uideris, & actum quod est contra prouerbium agere. Nam cum in tanto conuentu hominum, tantaq; celebritate ex mandato pontificis sententia dicta sit, nichil omnino relictum puto de quo quisq̃ sup ea re iure possit ambigere. Quã̅q̃ & ante q̃ iudicaretur, eiusmodi erat hec ura̅ disceptatio, ut nulli qui modo aliqd legisset, non ridenda illa questio uideretur. Et enim quis nisi omnino rudis & ab omni doctrina penitus alienus, dubitandum putaret quid de natura aut significatione alicuius uerbi tenendum sit, qd uideat apud excellentissimos latine lingue auctores que̅admodum significet fre-

quentissime declaratum. Omnes qui in arte grãmatica
unq̃ scripserunt, quotiens de significatione uerbi uel
constructione dubitatum est, ad uiroꝝ doctissimoꝝ scripta
confugiunt: atq; exilloꝝ usu quo pacto nobis utendũ
sit, firmissime tradunt. Quid enim priscianus cesarien
sis in libris suis aliud docet q̃ quẽadmodum eruditi ho-
mines latinis uerbis sint usi. hoc eiuscemodi est. Quãob-
rem.ᵉ Sic enim cicero in prothagora, sic plautus in asi-
naria, sic lucanus in sexto. Nonne cum exustoꝝ aut
ceteroꝝ auctoritatibus confirmauit, ꝫ sibi ꝫ aliis satisfe-
cisse arbitratur.ᵉ Idem apud grecos facit aristarchus. Idem
ceteri omnes qui hanc artem tractauere. Et recte. Cum
enim arbitrium ius ꝫ norma loquendi penes usum consi
stat, quis efficacius q̃ doctissimi ꝫ elegantissimi homines
ꝫ iudicando maxime comprobati, possint de hoc usu testi
monium phibere.ᵉ Indoctoꝝ enim corruptela, nõ usus
loquendi appellandus est, sed abusio. Cum igitur lega-
mus fastidientis stomachi est: ꝫ rursus oluscula, que
nunc squalidus in magna fastidit compede fossor, et in
uenes alium sitẽ hic fastidit alexis, ꝫ celestes deliuias fa-
stidire: et si scaret regibus uti fastidiret olus qui me no-
tat: ꝫ milia huiuscemodi apud probatissimos auctores scri-
pta: qd iam relinquit̃ qd de natura aut significatione hui⁹
uerbi fastidio, nisi cum sũmo audientium fastidio disceptari
possit.ᵉ Si apud unum dũtaxat ex his quos supra me-
moraui hoc uerbum sic constructum repiretur: tamen pp
auctoritatem scribentis approbandum censerem. Cum uᵒ
apud omnes eodem modo repiatur, quis nisi stultus ꝫ

- Priscianus
- Cicero. plaut.
- Aristarch.
- fastidio.

rogans iam improbabit. ⁊ Quod si nullam rationem inue
niremus cur ita diceretur tamen ipē usus excellentium
uiroꝝ pro ratione esset habendus. Nunc uō cum p̄terq̄
q̄d omnes hoc modo uidemus locutos etiam ratio euidens
sit cur ita dicatur nullus omnino repugnandi relictus ē̄
locus. Nam cum fastus elationem animi p̄ despectum si
gnificet: clarum est illum fastidire q̄ per huiusmodi
fastum aspnatur & despicat. Non igitur carnes fastidire te
possunt, cum inanimes sint nec in illis cadat huiusmodi
elatio. Aliud est enim fastidire, aliud fastidium parere.
Parit enim fastidium res que me p̄ saturitatem uel aliū quē-
uis modum ad aspnandum inducit. ipē uō animus qui asp-
natur & quasi ab ea re se contrahit & quodām̄odo abhorret
fastidire dicitur. Sic coridonem alexis p̄ fastum, idest per
elationem animi fastidiebat. Sic C. marius. L. syllam fasti-
diuit questorem. Sic qui scirent regibus uti fastidirent olus.
Quod non nulli parum intelligentes nec subtiliter discer-
nentes ista duo confundunt, presertim cum a uulgari
consuetudine loquendi mentem nequeant auocare. Sed
certe ut ei qui recte edificare uelit lapides ad filum redi
gendi sunt, non filum ad lapides: sic ei qui recte loq
curat non intellectus ad uerboꝝ struem, sed strues ipā
uerboꝝ ad intellectum est referenda. Hac igitur ratione
& simul supioꝝ auctoritatibus motus te uictorem in hac
controuersia iudicaui atq; etiam hodie iudico et aduer
sarium illum tuum qui te uestigia auctoritatesq; anti
quoꝝ imitantē minus congrue loqui contendit, rudem
atq; improbandum esse dico. Vale.

fastus

LEonardus nicolao. Mitto tibi exemplum eius epłe quã me p tuas litteras flagitasti. Ridebis opinor legens. sed longe magis risisses, si stultitiam romani populi duobus grãmaticis fauentis conspexissees. Cõmiserat enim michi pontifex cum iam ad ipm studia partium non secus ac seditioque dam urbana pueniisset: ut causa p me cognosceretur. fastidiosus ergo iudex fui & cum fastidio de fastidio discepta ui: illoz fastidiens ineptias qui p fastidium ueram sententiam fastidiebant. vale. Rome kł augusti.

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM LIBER SECVNDVS INCIPIT.

LEONARDVS NICOLAO SALVTEM. NEgotia lupi nrī de quibus significari tibi iam sepius me p tuas litteras monuisti, scias plane his proximis diebus esse confecta. Postulatio enim que michi illius nomine tradita fuerat, nobis deprecantibus p pontificem admissa est. De quibus ad ipm scribo latius, que littere ut ei reddantur curabis. Quod autẽ de coluci laudatione significari tibi postulas, procedit sane op' satis ut michi uidetur luculente. Vez quia sic institutus sermo fuerat, quasi in ipsius uiri funere secundum antiquũ morem eiusmodi haberi uideatur oratio: sepe mecũ ambigo, an prestet totam dicendi rationem sic mutare, ut fictionem in re presertim seria euitemus, nec lacrimis & lamentationibus ei tempori congruentibus impediamur, multa que relatu digna forent referre. Tempori enim ut nosti in

seruiendum est. nec iocunda tristibus satis cõcinne ad
misceri possunt. Itaq; si rationem dicendi mutauero ui-
deor paulo ampliorem campum ad dicendum habituru⁹.
Nam qđ de prolixitate orationis me admones, idem mihi
quoq; placebat, sicq; instituetam. Sed nichil fas esse du-
co te a me celari, amicus enim ad amicum loquor id est
ipse ad me. Stamina ipa & fila, nescio ob rei ipsius de qua
agitur, uel ingenii mei uel utriusq; simul pauptatem mi-
rifice me destituũt ad id quod exorsus fueram ptexen-
dum. Atq; ut ego nunc uideo & ut tu clamare pleruq;
soles: nos plane hoc tempore homunculi sumus. quibus
& si magnitudo animi non deesset: materia certe deest,
ad nominis atq; glorie amplificationem. M. claudium
marcellum, syracuse capte, nola defensa, hannibal repul
sus, & multis secundis preliis supatus, consulatus q̃q; p̃
consulatus duo. cesus dux hostium. & opima feretro io-
ui suspensa spolia triumphus & ouatio celebrem reddunt.
De M. portio catone: sylle trucidandi consilium: tribuna
tus militum. erarium purgatum. thesaur cypro detecti
contentiones tribunitie. contiones infeste, repulsa con
sulatus, pretura urbana. ciuile bellum, & ferro prius de
inde manu impetita uiscera: latam ad scribendum cice
roni nostro prestiterunt materiam. Agesilai uõ quem
laudat xenophon herculis posteritas lacedemonis impi-
um magnifice res geste inumerabilia p asiam greciam
q; trophea, puellaris uerecundia & probata p omnem eta
tem castitas memoratur. Possum infinitos pene referre
de nostris ac grecis illustres uiros. quoz latissime dif-

fuſe ſunt reſ geſte. Nos autem hodie q̃ in anguſto uerſamur .ꝯ Quid enim nunc referam .ꝯ aut qd dicam .ꝯ Magiſtratus ne in urbe uel extra urbem geſtos .ꝯ At me q̃ magnifica hi magiſtratus ſint ualde penitet. An res bello geſtas .ꝯ Apud pocciole credo memorabilem editã pugnam/ aut tu legere poteris abſq; riſu: aut ipe ego ſi compos mentis fuero deſcribere audebo. Contentiones populareſ mille ſunt. legeſ plane nulle. Decreta etiã nulla. Moreſ dũtaxat & humanitaſ ſupeſt. Tamen in illis ipſis/ niſi aliqua inſignia liberalitatis: humanitatis prudentie: ſeueritatis: conſtantie ſupra conſuetudinem egregii ac rari exempli edita facinora extẽt/ ſatis copioſe laudari non poſſunt. Vniuerſi quidem generis laus/ parũ habet momenti/ niſi ad ſingularia deſcendas. Singularia uõ qui admirabilia uideri poſſũt/ niſi ſint egregia & rara .ꝯ Velut fabii ſubuentio pro ſalute minutii ab hoſte circumuenti. Quo uno facto ſumus ille impator tres maximas uictorias adeptus eſt. Vicit enĩ ſe ipſum/ uicit inimicum uicit hoſtem. Velut marcelli humanitas & magnitudo animi qui faſces depoſuit conſulares/ ut accuſatoribus ſyracuſanis apud ſenatũ conquerentibus par eſſet. In hiſ atq; huiuſmodi laudandis prius me hercule carta & atramẽtum michi defo ret q̃ oratio. Nos uõ qd ſimile aut par .ꝯ quid egregiũ aut admirabile .ꝯ preter ſtudia & litteras .ꝯ Itaq; me in illis iactabo ĩmodice & tamen cetera diligenter p quiram & colligam/ quo prolixitas impleatur. Vale.

w. v. quomodo.

LEonardus francisco principi cortonensium sat plurimã
dic̃. Varie delatam ad te famam de innocentii morte
non eqdem admiror. Quippe ꝙ hic apud nos in loco ipo
atq; adeo in ipis edibus quibus ille diem obiuit uaria
uarii suspicantur opinanturq; Plena est enim maliuo-
lor curia. Alii confestim putant que uellent mala.
Alii p caluniam & que non putant diffundunt. Michi uo
quatum ex his que aspexi iudicare licet, nequaq̃ dubiu
est illum natura interisse. Quid enim aliud putem de
homine qui & supra septuagesimum etatis annum, & ualitu-
dine fracta ac misera fuerit. Neq; enim nunc primum
uus morbi in illo sed iam pridem erupit. Nam preterq̃
qd pedibus eger & lateris dolore non nuq̃ cruciabatur bis
apoplexia, quod quidem scierim correptus est, rome pri-
mum leuius, deinde uiterbii grauius, cum in auditorio
sederet quo quidem in loco nisi aliquot familiares circa illũ
fuissemus: qui accurrentes suscepimus spectante multitudi
ne de sella in caput uoluebatur. A nobis tunc in cubicu
lum relatus, semianimis plane atq; elinguis, non nisi lon
ga difficili q; medicor cura demum euasit. si id est eua
dere mortem differre. Per martium inde mensem romã
regressus, q̃diu estas caloresq; fuerunt, non improbe se hr̃e
uisus est. Vergente mox in hyemem anno rursus corruit
atq; interiit. Illud modo interfuit quod prima illa uiter
biensi egrotatione, linguam sic impeditam habuit, nichil
ut exprimere non ridicule qret. In extrema uo ista qua
defunctus est, nullum lingue impedimentum apparuit.
Reterea in p̃ma illa difficilis & morosus: in hac pfacilis ac

phumanus. Quatriduo ante obitum eius/ tabellarios floren
tini populi/ qui captas tunc primum pisas attulerant in cu
biculum ad eum pduxi. Cum quibus ita prospere soluteq;
locutus est/ nullo ut premi morbo uideretur. Tanta uō patiē
tia & humanitate/ ut pedem ex lodice nudum proferret quo
illi obscularentur. Interiit autem rome apud basilicam ua
ticani. corpusq; eius post funebrem pompam in eadem ba
silica sepultum est. Vale.

LEonardus francisco principi cortonensium sal. pl. dic. Quod
flagitas ut ad te scribam de actis nostris/ est michi qdem
non satis otii ad singula exarandā. Attamen pcurram q̄
magis digna cognitu uidebuntur. Post innocentii mortē
finisq; de more illi pactum. longa patrum deliberatio fu
it. supsederent ne electione/ an alium inde mortui locū
pontificem crearent/ faciebat uō dubitationem qd princi
pes galliaꝝ quoꝝ ut scis populi diuersa sectantur/ propon
tificem suum quem benedictum uocant strictis promissi
onibus adegerunt sese abdicaturum esse. siue cardinales
nrī mortuo pontifice supsederent electione/ siue pontifex
ipe item se abdicaret/ quo utriusq; collegio inunum con
ueniente/ unica indubitati pontificis sequeretur assumptio.
Sancta certe prouisio principum galliaꝝ & a cunctis fideli
bus merito cōmendanda. Neq; enim finem ullum inue
terati scismatis sperare licebat/ si de iure disceptaretur. pre
sertim cum preter deum iudicem ea causa nullum habe
ret. In hac igitur consultatione cuius tu & causas & respe
ctus iam cernis/ occupati patres/ quid utilissimum esset

haud facile statuebant. Propterea qđ in supsedendo et seditionum metus, et longior temporis delatio & frustratio aduersarii, & huiusmodi multa timebantur: & in eligendo uoluntas eius, qui assumptus esset formidabilis uidebatur. Vicit tandem eor sententia qui eligendum quidem pontificem suadebant, sed ualidissime obligandum. quo aduersario se abdicare uolente, ipē quoq; pontificatum dimitteret. Ea mente iam conclaue ingressis: supuenit iohannes dominica a florentinis orator. huic postulanti contra consuetudinem fenestella conclauis apta est. & alloquendi patres facultas pmissa. Sūma orationis eius ista fuit, missum se a florentino populo, ut patres cohortaretur electione supsederent, eam qđem certissimam esse uiam unionis consequende. Et multis uerbis magnaq; facundia homo dicendi exercatatissimus cum egisset, patres pse ipos feruentes magis incendere uisus est. Itaq; responsum a prībus est, quando iam conclaue intrassent: electuros qđem, uerū ita prouisuros, ut electus qui fuerit procuratorem potius ad deponendum pontificatum, q̄ pontificem se factum intelligere possit. Id enim iam pridem se cōstituisse, atq; ea mente conclaue ingressos. Finito in hūc modum colloquio suum ad negotium prēs reuertunt̄ Cautio ab illis hec adhibita est. Vnusq̄sq; patrum promisit solenniter ac deo uouit & iureiurando sanxit, si sibi contingat ad pontificem sūm aduersario pontifica statim scripturum inuitaturum q; ad sese inuicem abdicandos. procuraturum insup omni uia & modo

unitatem. id q; bona fide sine ulla fraude. Promissio
nem & uotum & iusiurandum quod ipē prestitasset, om-
nibus regibus principibus q; p suas litteras primo q̊q;
tempore significaturum. quo eos testes haberet obliga-
tionis sue. Ea multis solennibus q; uerbis cum in libel
lum redegissent, & chirographa singulor4 confecta essēt
agitare posthac de electione cepunt. Vir querebatur
non tam pitia rez gerendar4 q̄ fide integritate q;
idoneus. Quippe ad bene agendum in hac quidem re
non calliditate consilii neq; profundo archanoq; pe-
ctore, sed bona uoluntate opus fore uidebatur. Ita
animati cum singulos ppenderent, tandem in ange
lum corraro natione uenetum, mentem consensumq;
omnes uerterunt. Is fuerat paulo ante optra īnocen
tii pontifics inter patres adscitus. cum antea titulote-
nus patriarcha constantinopoleos haberetur. Vir prisca
seueritate & sanctimonia reuerendus. Is ergo concla
ui egressus promissionem uotum & iuramentum que
priuatus fecerat, nunc in potestate constitutus iterato no-
uauit. Atq; ita loquitur de unione ut si cetera desint:
pedibus & baculo sese iturum ad eam conficiendam asse-
ueret. Nos opa uidebimus et certe spes bona supest ob
eximiam huius uiri integritatem. Preterea tanta est
omnium ad hanc rem conspiratio, atq; ita erecti cunctor4
animi: ut si tergiuersari uoluerit nullo modo sint pmis-
suri. Vale.

L Eonardus nicolao. Sencentar4 epl̄ar4 tibi debitor sum, &
quidem iam antea sic in mora constitutus ut uix illa pur-

gari posse uideantur. Sed tibi etiam atq; etiam uidendum est, utrum prestet solutionem huius debiti particulare recipe, an dum integram sūmam pstqueris: totum amittere. Hoc igitur quoniam te malle opinor. his tabellis partem dissoluam. reliqua deinde aliis quoad datorȳ receptorȳ q; fiat ratio par. Illud ante omnia premisisse uelī. qm̄ de morte successoris coluccii p tuas litteras admones me nec si presens essem candidatum profiteri uelle: nec absentem cupere ut meum nomen p suffragium edatur. Satis enim michi est honoris quicqd est locumq; teneo prope tate honestissimum. non ambiendo neq; petendo quesitum, sed ultro a pontifice maximo oblatum. Hic ego michi uidendum puto, atq; eo magis qd bona spes habetur, hanc pestiferam diuisionem e medio sublatum iri. Erecti sunt enim cunctorȳ animi post innocentii mortem. et qui ante mussabant: nunc palam unitatem efflagitant. Nouus pontifex depositis contentionibus aduersario scripsit benigne illum ad pacem inuitans, seq; paratum offerens, si ille hoc idem facere uelit pontificatu abdicare, quo unica romani pontificis sequatur electio. Hasce litterasȳ cum de industria a cunctis his qui peritiores habentur mandata cura fuisset, tandem q; scripta seorsum cuiusq; pontifica patribusq; recitarentur: arretina ciuitas quam nonnulli contemnendam putāt iudicio omnium palmam tulit. Junior inter seniores noua inter ueteres ac diu exercitatos. Expectarem ut hec ab aliis audires, nisi tu quoq; iam me plus equo contemnere uidereris. qui me lethem potasse scribis et inter curiales occupationes bonasȳ artium studiis decoxisse. Atqui nulle unq̄ de re maiori

littere a pontifice ullo scripte fuerunt. nec aut grauior aut inusitatior materia unq̃ extitit et in qua singule pene syl labe attentiori examine discuterentur. Non possunt om nia mandari litteris & simul festinat tabellarius ac ex te pore michi scribendum est. Quod uõ flagitas ut lauda tioni florentine urbis quam nup edidi nunc parta ui ctoria pisisq; in ditionem adactis panc partem adiungã: ego quoq; faciendum censerem si cursum uictoriay non longius processurum existimarem. At ego maiora expecto. Ni frustra augurium uani docuere parentes. Quare historia opus erit. et si sapiunt ciues tui docto alicui demandabũt. Mitto unam ex demosthenis philippicis quam proximis dieb; interpretatus sum. Tu uide an ea interpretatio hominis qui longa potarit oblima tibi uideatur. Aliam uõ oratio nem famosam scilicet illam procte siphonte quam habeo in manibus. si hec non displicuerit tibi alias mittam. Nũc istam habe degustationis loco. Vale Rome. x. kl Januarii.

Leonardus nicole. Orationem demosthenis quam proximis di ebus cum p uacationem romane sedis ipse quoq; ab occu pationibus uacarem ex greco interpretatus eram: puto te iam legisse & pro cetera tua diligentia omnem eius uim studiosissime annotasse. Sed tunc cum illam ad te darem oblitus sum aliqd prefari ac p̃mittere quo tibi eius cogni tio clarior ac di lucidior esset. Itaq; nequaq̃ mirarer si te et de diopythe & de cherroneso & de totius rei serie dubietas quedam haberet. Res enim apud nos minime celebris ẽ. nec eam narrat orator. illa ut opinor de causa quod tunc

in consultatione explicata, omnibus nota atq; apta erat.
V t est etiam apud ciceronem nostrum ibi paruis de rebus
sed fortasse necessariis consulimur. p. c. de appia uia et
de moneta consules: de lupercis tribuni plebis referunt.
V ides hic p oratorem nullam rei notitiam preberi quod
omnia fuerint ante in consultatione explicata. Quanq;
alias aliter: ut de impatore deligendo. post p̃incipium
ait. Bellum maximum & periculosissimum uestris so-
cijs atq; uectigalibus a duobus regibus infertur, mithri
date q; & tygranne & cetera usq; illuc ubi dicat. causa
que sit uidetis: nunc qd agendum sit considerate: ubi
de narratione ad partitionem sermo traducitur. Credo
satis notum fuisse populo romano mithridaticum bellũ,
tamen narrare libuit. Quod tamen non ex necessitate
faceret ostendit, cum dicat. atq; ut inde omnino mea
proficiscatur oratio &c̃, ubi manifestum est magis ad or
dinem cause, q̃ ad necessitatem eiusmodi narrationem
accõmodari. Sed hec omittamus. Quando enim super
sedendum sit narratione, & cicero ipẽ docet, & is qui di-
cturus est ex temporis & cause & psonaz q̃ que auditure
sunt, opinione peritiaq; iudicabit. Vt autem ad illa ue
niam, que tunc pretermisi cum pax cum philippo esset
atheniensibus, nec secura tamen nec tuta missus est duo
pytes cum delectu ciuium qui cherronesum habitarent.
] d erat quasi coloniam deducere. Veluti apud nostros, fe
sulas a L. sylla & bononiam a scipione sunt colonie dedu
cte. Accipiebant ii qui deducti erant arma & uiaticum
ex publico, & agri portio uiritim assignabatur. Cum igit

diopythes in cherronesum ueniſſet/ ceteris eius regionis
hominibus haud cunctanter colonos recipientibus/ ſola
cardianoꝝ ciuitas recuſauit. Ob quam cauſam cum bello
a diopythe laceſſerentur/ accito philippo ſeſe pillius auxilia
defenderunt. hoc diopythes indigne ferens maritimam
thracie regionem que philippo ſuberat depopulatus eſt. atq;
ſe inde propere in cherronesum recepit. Querebatur ergo
philippus. & pacem eſſe ruptam predicabat/ ſeq; ulturum
huiuſmodi colonos p lutteras ſuas athenienſibus miſſas cō-
minabatur. Ea de cauſa contio habetur & ad populum de
ea re publice refertur. Dicuntur graues in diopythem ſē-
tentie & ab iis maxime qui philippo fauebant. Demoſthe-
nes uō diopythem defendit/ & ad bellum aduerſus phi-
lippum cohortatur. quod quibus rationibus faciat legen
do addiſcatur. cura ut ualeas mi ſuauiſſime nicola Rome
ii kl Januarii

LEonardus Nicolao. Petrus myanus uir iocundiſſimus et
in primis bene lutteratus: uehementer cupit noctes atti-
cas ſibi florentie tranſcribi. Itaq; mecum egit & quotidie
agit ut tibi hoc negotii dem. Sperat enim p tuam diligē-
tiam cōmodiſſime fieri poſſe/ ut ſcriptor & exemplar repia-
tur & ſtudium adiungatur ad illas recte & celeriter pſcri
bendas. Nūmoꝝ autem q̄cq̄d uel pro cartis uel pro ſcrip-
tore opus fuerit exſoluere/ id ut tibi preſto ſit apud men
ſam iohannis medicis prouidit. hoc amici mei negotium
ut ſuſcapias ac tua ſolita diligentia cures etiam atq; etiā
rogo. Vale Rome. vi kl aprilis Mcccc vii.

Leonardus francisco principi cortonensium sal pl dicit.
Postq̃ alias ad te litteras de unitatis negotio, hec subsecuta fuere. Pontifex nr̃ statim ab initio aduersarium uti promiserat p litteras inuitauit ad pontificatum simul deponendum. Ille tantisdem ferme syllabis adeũ rescripsit. Eadem inuitatio fuit eadem q; cohortatio.
Locus deinde necessarius uisus est, in quo & pontifices ipi & collegia conuenirent. Ad hoc saona pari consensu recepta ẽ. Urbs medio ferme spatio, & tam mari q̃ terra accessibilis. Prospere hucusq; & plane ex sententia. Deiñ turbationes subortę graues cunctaq; suspitionibus referta. Necessariũ enim qdam propinq q; pontificis, post assumptionem ad ipm confluentes suspitionem apud multos peperierunt quasi uoluntatem prius rectam inflectere conentur. Accedit quoq; ladislai regis detestandus conatus. Cum enim regnum sicilie ad sedem spectet romanam: et in hac diuisione nr̃i quidem pontifices ladislao: diuersi autem ludouico andegauensium duci, id regnum concesserint, ac certamina ea de causa fuerit pmagna, in quibus tandem ladislaus prevaluit regnũq; solus possideat: ueretur nunc ne abdicatione facta & utroq; collegio ad electionem coeunte, gallicus forte aliqs ad pontificatum sumatur qui fauorem in regno obtinendo ad ludouicum conuertat. hac itaq; suspitione pmotus omnes machinas adhibet ad unitatem impugnandam. Quod qdem factum patribus ac bonis omnibus ita molestum est, ut ad sũmum odium regis nomen puenerit. Nam illi qdem satis cautum erat ex formula ipsa, qua prouidetur

in cunctis dignitatibus, ubi plures a diuersis electi repiũ
tur possessori diũtaxat ius fort. Jtaq; suspicantur qdam
non tam eo metu regem moueri: q̃ id archane moliri.
ut p diuisionem perpetuam sedes romana imbecillior mane-
at, ac nunq̃ in formidabile robur integrata euadat. Quic
qd tandem eum moueat apte renititur. Adeoq; profi
cit ut saona cõmuni consensu ad conuentum delecta iã
iam respuatur. Quo quid ignominiosius italico nomini
accidere possit non equidem uideo. Oratores ex gallia
pmulti quotidie ad nos inuitant hortantur excitant. Nos
plane dormimus nec quẽadmodum fiat hoc tam sanctum
opus sed quomodo non fiat cogitamus. Habes acta nostra
que quoniam ad te liberius scripsi, dolore quodam pmot⁹
occule queso has litteras ne in alio⁹ p̃ueniant man⁹. Vale.

LEonardus francisco principi cortonensium sal. Scripsi nu
per quid homines suspicarentur de regis uoluntate. noue
postea res insecute cuncta etiam que prius obscura uide-
bantur magis patefecerunt. Regis enim copie ingentes
coniunctis sibi romanis exulibus ad duodecimum lapidẽ
uia latina conuenisse atq; inde ad urbem occupandam
uenture dicebantur. Erecta eo metu ciuitas confestim ad
pontificem decucurrit periculaq; ostentans prouidere iã
inde precabatur. Jlle negare sedulo aduentare quẽq; to-
tum q; rumorem hunc a maliuolis fictum dicere: ut suspi
tiones discordieq; maiorem in modum augerentur. Hec põ-
tificis asseueratio: quoniam ex uero proficisci animo uide-
batur: fidem multitudini fecit. Jtaq; nichil quasi subes-

ſet piculi domum reuerſi ciues poſitis armis quieuerũt.
Hec dicta fuerant ad uesperas. Eadem illa nocte de prima
ſtatim uigilia regii militeſ qdam exuleſq; romani per
uaſte ſolitudinis loca muros intrarunt. refractaq; inde
proxima porta aditum eqtibus patefeceruntur. Ad hoz in-
greſſum clamor ſublatus p urbem diffunditur. ıtur ad
arma / concurritur aduerſus hoſtes ac pluribuſ ſimul locis
prelia conſeruntur. Pontifex ubi iſta ſenſit confeſtim
ab edibus uaticani quibus inhabitabat ſeſe in molẽ ha-
driani recepit. Patrum uõ nemo ſecutus eſt preter unũ
coluñenſem. Nam ceteri metu pculſi fuga ſibi conſulere
q̃ cum pontifice includi maluerunt. Nec ego unq̃ nocte
magis turbulentam puto fuiſſe / trepidis omnibus & incer-
tis qd agere quo ue conſiſtere deberent. ſuſpecto pontifice
nec tota quidem urbe idem ſentiente. Fugaq; ipſa patrũ
debilitabat animos / quaſi preſtantes ſapientia uiri ac plu-
rimum diſcernentes: quoniam intelligerent reſiſti nõ
poſſe / migrandi conſilium aſſumpſiſſent. Quãdiu nox
fuit / hoſtis ſuptor habebatur / nec iam procul a capitolio
pugna erat. Sed albeſcente mox celo. P. urſinus cum
eqtatu ſubſidio noſtris ueniens p diuerſam ab hoſte regio
nem ingreſſus media uadens urbe tranſuerſis itineribꝫ;
ad eam portam deuenit p quam hoſtes intrarant. Ibi
diſſipatis ſtationibus pone aggreditur ita ut inter mul
titudinem populi ac ſuum equitatum medios hoſtis ha
beret. A fronte igitur & a tergo uexati / in fugam tãdem
uertuntur. capta eoz multitudo ingens. & in his princi
pes ferme omneſ diuerſe factionis. Ex tempeſtate itaq;

admodum turbida, mox serena lux urbi effulsit. ac ex merore letitia ingens, ut ego ipē spectator hoy omnium admirer tantam mutationem tam breui tempore contigisse. Reuocati ex fuga prēs: cum iam eoy pleriq; mlta passuum milia sutrium uersus abūssent, sūma gratulatione omnium rediere. Sunt qui putent hanc totā rem a pontifice de industria compositam, quo mentio omnis unitatis obrueretur. quod futurum erat si rex obtinuisset. Nos de pontifice nullo modo credimus de propinqs uō dubitamus. Pontifex habere in animo uidetur senas petere. Jnde uō lucam. Sed res adhuc perpaucis nota est. Vale.

Leonardus nicolao. Anteq̄ uiterbio proficiscerer dedi ad te orationem demosthenis pro ctesiphonte. Lator fuit P. bardella qui rome negotiatur. eam orationem arbitrabar te iam legisse, ac expectabam litteras ingentis letitie
Cum itaq; in hac expectatione essem, ac iam mecum ipē qđ tardior fores stomacharer, ecce quidam a te michi litteras attulit, capio aude atq; apio. caput litteraȳ q̄relas contra me. medium autem & finis, nescio cuius beneficioli molestias continebat. Spe igitur destitutus, lacerauī illico litteras a musis alienas. & alias expectare cepi.
Cras ero in uilla lupi nrī que est senis propinqua. Si te nichil impedit illuc properato. Sin expectare mauis, ego propediem florentie te conueniam. Et tamen de hoc ipō beneficio ita faciam ut te uelle intelligo. Vale senis v. idus septēbris. Mcccclvii.

Leonardus nicolao. Non puto opus esse multis ut uerbis

te cohorter/ cum tibi & de amicissimi uiri negotio & de re ti
bi grata leue onus impono. Tu enim ipē re cognita moueri
debes sine ulla postulatione aut rogatione nostra. Bartholo-
meus cremonensis mirifice ut tibi alias narraui studiis hu-
manitatis deditus est. Jd q; cum supiori tempore ante pre
sulatum studiosissime fecisset/ non potest nunc psul factus
eas quas ante coluit musas non affectuose amare/ ea4 q; sacra
ferre/ ingenti ut maro noster ait pculsus amore. Cum igitur
uolumen habeat preclare scriptum orationum ciceronis/ cupit
ut singulo4 capita libro4 splēdore litera4 illuminentur. Tu er
go in ea re diligentiam tuam adhibebis. dabis opam ut non
auro nec murice/ sed uetusto more he littere fiant. Nam in
aurare uel hic potuisset/ si huiusce rei cupiditas ipm haberet.
V ea4 hec spnit & antiqtati deditus est. Quare facies ut tibi ui
debitur utq; existimabis amatori antiquitatis potissimum
gratificari. Volumen ipm tibi mitto. Vale senis viii idus
octobr Mcccc vii.

L Eonardus Bonifatio colucio filio fratribusq; sal pl. dicat. Quantā
parenti uīo homini doctissimo uiroq; pstantissimo pietatem: mor
tuo etiam prestare debeam/ nec oblitus eqdem sum/ nec unq̄
uti spero q̄ diu uita superit obliuiscar. Quid enim si me ge
nuisset ille plus aut caritatis aut beniuolentie aut amoris
michi potuit impartiri. ⁊ Multi genitores a filiis se roga
ri expectant. Ille semper michi ultro & inrogatus occurrit
Multi frena dimittunt filio4/ cum adolescere cepunt. Ille
in hac ipa etate frena mei suscipiens nunq̄ e curriculo de
flectere passus est/ sed monendo castigando incendendo ad
uirtutem prestantiamq; direxit. Quod grecas dudu lit-

teras

teras : colua est opus . Quod latinas non leuiter inspexerī :
colua est opus . Quod poetas quod oratores : quod scripto-
res ceteros : legerim didicerim . cognorim : colua est opus .
Nemo unq̄ parens in unico dirigendo filio tam sedulus fuit : q̄
ille in me . cuius ingenium / in quo tamen amore nimio
decipiebatur . ita natum ad hec studia predicabat : ut si alior-
sum diuerterem manus se se michi allaturum / ac ui retracta-
turum minaretur . Qui me post aliquot annos / cum me tūc
primum uocatu pontificis romam petere uolentem lacrimās
dimitteret . quasi presagio quodam future mortis / familiā
michi suam multis uerbis cōmendauit . Sed precipuam de
salutato curam mandataq; iniunxit . Cum sane inquit qd
oculis non satis ualeret : nulle ferme rei gerende satis ap-
tum / p magnam sibi curam sollicitudinem q; afferre . Nam
de ceteris quoniam sani essent minus admodum laborare .
Huic autem uidendum esse iam nunc / & quenam substenta mē-
ta uite sint preparanda . Statuisse uō potissimum ut in cleri
cos transscriberetur . proinde rogare me obtestari q; p amorē
quē erga me unum semp unice habuisset / ut adolescentem
ipsum in meam fidem tutelam q; recipem . efficerem q; mea
opa / ut cum aliqua dignitate & honestate uitam ducere ua-
leret . hoc ego tunc cum in meam fidem recepissem : quid
enim nūc de me ac de desiderio narrem meo / Qui nō mi-
nus erga colucium q̄ erga parentem semp affectus fuerim .
Sed uelle quidem non satis est / nisi operis . Nec uō id satis
nisi prudenti studio annitare . nec etiam id satis nisi ad effe-
ctum pducas . Qui enim in fidem suam quid recipit / non uo
luntatem bonam dūtaxat / ut michi uidetur nec qualēcunq;

teras

operam prestare contentus esse debet. Affirmare profecto possum nec uiuente illo neq; postea defuncto studium & diligentiam ista quidem in re michi defuisse.
Apud duos adhuc pontifices fui. innocentium & gregorium. Cum utroq; sepissime de hac re & instantissime equi-
Sed ita plena est expectantium curia: ĩmo uõ nõ expectantium sed obuiam euntium: ut quotiens aliquid uacauerit a mille rapetur. Gratiam uõ nostram minuit qd nos non pro nobis sed pro alio petebamus clarissimi quidem uiri filio: quus negat.o attamen absente, & a familiaritate pontificis alieno. Itaq; qui presentes uel pontifici ipsi uel alicui patrum deseruiebant, semp adhuc prelati sunt petitioni mee. & ea qdem causa quominus adhuc obtinuerimus refragata est. Quod postq̃ satis exptus sum, ad consilium uersus constitui psonam meam pretexere. neq; enim alium finem ullum fore uidebam desiderio nostro. Postulabatur ergo nuper uenerabilis uir antonius senensis ad episcopatum pisauri. Ob id factum duo illius beneficia uacatura sperabantur canonicatus florentine ecclesie & prepositura fesulane. Hec ego ita fore aptissima salutato existimabam: ut si nos effugerent, nunq̃ alias me consecuturum eam facultatem arbitrarer. Sentiens ergo qd me hactenus impedisset: non iam pro illo sed pro me ipõ petere professus sum. Pontifex uõ & si admirabat mutatam uoluntatem meam: nam episcopatum michi ab ĩnocentio sponte oblatum sciebat me respuisse: tamen concessit. Nec deest tamen illi ut animaduertere potui

ſuſpitio/ quam diluemus ſimulatione æ mora quadam
interpoſita. Hec ego uobis nota facẽ conſtitui: ut ſcia
tis hec me beneficia ſalutato noſtro impetraſſe. Et ſi
dilatio intercedat quedam oportet/ ne pontifex indi-
gne ferat/ ſe hoc pretextu circumuentum fuiſſe. Veſtrũ
quoq; interea fuerit cõmonefacere ſalutatum. vtqm
beneficia habet parata: det opam efficiatq; ne ipẽ im
paratus ad illa/ que clericum ſcire decet reperiatur. Va
lete. Senis.

LEonardus nicolao. Scripſeram tibi hodie ante lucem.
poſtea redditę ſunt michi littere tue/ cum increpatio-
ne negligentie/ tum rei mee tum etiam aliene. Omnino reor ex paruitate animi prouenire/ ut puſillis de-
rebus magnam ſolicitudinem putes capiendam et exi-
gui pretii res grandis exiſtimes. Quid enim opus fuit
litteris meis.⁊ An non tu ipſe michi ſcripſeras te procu
ratorem faciundum ut ille quaſi pſona quedam alie-
na/ maiorem facultatem haberet opitulandi.⁊ Cum igitꝫ
tu hec ſcriberes: æ ille aſſeueraret/ qd aliud ipẽ facẽ de
bui: qꝫ ea ſic diſponere ut uobis placuerat.⁊ Tibi etiã
cum michi is ſis: quies/ propoſitum eſſe debet/ ut qd
in tuo faceres negotio/ id facias in meo. Quare ſiqua de
re ambigis peritiores conſule: atq; ita proſequare ut in
rem fore exiſtimabis. Deniq; tu hec me ualde curare
putas.⁊ uel tanti facere/ ut abiſtis nunc pendeam.⁊ Nõ
eſt ita/ michi crede. Si res eum quem cupimus finem
habuerit/ michi gratum erit. Longe tamen gratius fo-
ret ſi marcus tullius reuiuiſceret. Satis de re mea/ nc

de aliena. Litteras amici tui diligenter tradendas curaui,
& responsa postulari feci. Quid ultra queso a me requiris.
An etiam ut extorqueam abinuitis. Omnia facẽ debui in
re amici tui. Et feci eqdem & facio. nec uideo quid pretermis
sum a me sit, quod te uel illũ debuerit cõmouisse. Myanus
forte qd florentiam erat uenturus, respondere neglexit, se-
pius quidem a me postulatus. Alias litteras camerario et
paulo ac ceteris tradidi. Que mea culpa est si respondere
non curant. forsan scriptum in his nichil est quod respon
sum meretur. Instruat me in negotio suo & actorem rei es.
se uelit, non litteraꝝ exactorem. Tunc si defuero me car-
pe. At de re penitus ignota quid ipẽ rescribere debui.
Quare uide obsecro ne tu magis carpendus sis: qui pro quaq;
leuissima re, sic atrociter contra amicos inclames. Senis
idibus octobris Mcccc vii.

Leonardus nicole. Mitto tibi orationes ciceronis in uerrẽ:
recte quidem scriptas: sed ut uidebis male emendatas
Qui enim corrigere uoluit eas plane corrupit. Quã obrẽ tue
diligentie erit, non que postea mutata sunt, sed que prius
erant transcribi iubere. id q; faciesꝫ sine ulla festinatione
Nam michi quidem cordi est etiam quos mecum habeo li
bros apud te omnes deponere ne ferantur una nobiscũ
in hac fluctuosa tempestate & ambigua peregrinatione in
qua nec portum nec sedem certam prospicimus. Me qdẽ
ualde penitet sic a uobis properasse. Nam potui quatuor
dies adiungere ad cõmunem uoluptatem. Rumores
enim qui afferebantur de pontificis itinere uani erant.
Vale.

Leonardus sat dicit Zucharo. Et litteras tuas accepi et quod me facere iubebas quantum in me fuit diligenter effeci. Impedimenta hec prohibent, proditor ille non adest. procurator abeo relictus mandatum habere se negat ad transactionem faciendam. Cum pretore multa prote & pro causa tua uerba feci. postulans siquo iure ordinario uel extraordinario uel ex bono & equo fieri posset, ut saltem in debita pecunia soluenda eam conditionem admitti iuberet: que uel in quociũq; debito propter malignitatem temporis esset concedenda. Negat ille suaz esse partium aliqd tale iubere, contra actoris uoluntatem: pro quo sententia iam pridem lata sit. Scripturum se tamen pollicetur ad prosopopeiam illam, quam nũc ut audio neapolis habet. Poggius noster omnibus assentiri paratus est que ad cõmoditatem tuam ptinebunt. Res tota differetur in reditum tuum. Interim dabo opam ut illi scribatur. Sed quantũ profecerimus apud elatam duri hominis ceruicem nescio. Tu cura ut ualeas ex Senis .x. kl̃ Januarii.

Leonardus petro myano sat pl dic̃. Jam diu nichil magis oratorium curia romana audiuit q̃ uocem prestantissimi uiri Zacharie tui: imo potius nostri. ego enim propter maximas eius uirtutes amori erga illum tuo aut nichil aut non multum concedo. Qui cum a pontifice maximo publice audiretur adstantibus reuerendissimis patribus sc̃e romane ecclesie cardinalibus, & frequentissima cleri populi q; multitudine circunfusa, ita locutus est ut in uerbis eius robur fortissimi uiri, prudentia doctissimi hominis, elegan-

de laudibus Zacharię ?

tia diſertiſſimi oratoris ꝓfacile appareret. Vellem aſpexiſſes quanta cum attentione auditus eſt. ut in tanta multitudine ne reſpiratio quidem alicuius ſentiretur/ maieſtate orationis/ubertate ſententiaꝝ/ copia optimoꝝ uerboꝝ/mirum in modum animos demulcentibus. Dixit preterea fortis uir marinus caraüellus & ipē quoq; magno cum ſpiritu nec minori cum maieſtate. Qui & ſi nō latino ſed patrio ſermone in dicendo uteretur: tamen nec ſua caruit laude. & alti ac ſinceri animi haud dubie apparuit. Deniq; ꝓ hos duos oratores uniuerſam curiā uenetoꝝ ciuitas ſibi mirifice conciliauit/ ut ampliſſima & potentiſſima & preterea optima & pacis amantiſſima ab omnibus habeatur. cui ſi palmam huius ſanctiſſime & optatiſſime xp̄ianoꝝ & ecclie redintegrationis deus ſeruauerit/ nichil in toto orbe terraꝝ erit penitus glorioſius. Sed de rebus publicis alias. Nunc autem de priuatis loqui malo. Ego Zachariam noſtrum cōuenio ſepiſſime. & quātum otii ab oratoriis negotiis que mirabili uigilantia exeqtur/ ſibi datur/ id totum in librorꝝ ac ſtudioꝝ agitatione conſumimus/ quibus uellem adeſſes/ quanq̄ ades tu qdem ſemp ſermonibus noſtris/ ſed tamen alio quodam modo/ uellem te preſentem intueri.

Non enim dubito quin iocundiſſima inter nos ſaturnalia ageremus. Vix tamen eſt ut non inuideam felicitati tue qui manuelem chriſoloram uirum doctiſſimum atq; optimum tam diu uenetiis diſtineas/ eiuſq; aduētum in curiam retardes. Nos enim ut alias ſepius ita nō cum oratoribus ueſtris ut ueniret expectantes/ nō ſemel

frustrata spes est, & fefellit opinio, quem rogo ut meo nomine saluere iubeas, & uolumen augustini de ciuitate dei quod apud te illius nomine deposueram eidem tradito. faciasq; me certiorem an aliquos libros grecos michi deferat. Hodie decretum est, uti pontifex lucam se contulisse debeat ante finem mensis ianuarii. altera pars in ueneris portum. Vale ex Senis.

LEonardus nicolao. Tu me philosophum esse censes. et nichilominus eliogabalum postulas? Vide ne cohereāt petitiones & exhortationes tue. Nisi forte hanc esse philosophiam meam interpretare. quod si ita est. accipies op? sane philosophicum non ex zenonis disciplina, sed ex intimo epicuri sinu depromptum. Ridebis utopinor hāc incestissimam & flagitiosissimam contionem quā q̄ multis peperci. quoy michi copiam suscepta causa ultro largiebatur. et in taberna uinaria abstemius fui. Itaq; ualde eqdem uereor, ne utriq; me subaccusare nō īmerito possint. Seueri qd rem non satis grauem susceperim. Vrbani qd in causa pinqui & copiosa ieiunior fuerim. Ac in me fortassis illud iactabitur: aut undiq; religionem tolle, aut usq; quaq; conserua. Sed de urbanis qdem non multum laboro sime continentiorem fuisse arbitrabuntur. Cum seueris autem & tristibus, plus michi utopinor negotii superit. Veyy ut lucilius non romanus quod erant peritiores & in poematibus iudicādis nimium curiosi, sed tarentinus & reginis se scripsisse affirmauit, sic ego tristibus & seuerioribus, nego me scrip-

. Seueri.

Vrbani.

ſiſſe nec ab illis legi uolo. Eſt autem aliud quoddã ge-
nus hominum qui in ioco ſeueri & in ſeueritate iocoſi ſũt,
qui neq; catonis rigiditatem nec ſippii diſſolutionem
ſectantur. hoc eſt qui neq; curios ſimulant nec baccha
nalia uiuunt. iſti ut ſpero hanc mediocritatem meam:
& legent non inuiti & probabunt non ſimulate. Deniq;
loquantur omneſ ut libet. Ego ſi michi & tibi uni ſa-
tisfecero ceteros omneſ cum ſuis iudiciis floccipendo, eoz
q; opiniones & oblocutiones uix unius aſſis exiſtimo. Tu
uale mi dulciſſime nicolae. ex urbe ſenis.

LEonardus ruffo pl ſal dicit. Accepi tuas litteras pbreues
in quibus id modo flagitas ut quid agatur quid q; ſpe-
ſit de unionis negotio tibi reſcribere ne pigeat. Accipe
igitur. Poſtq̃ lucam uenimus crebri ultro citroq; orato-
res fuere. ſed nichil adhuc pfectum. ne inchoatum qde
quod dignum ulla ſpe michi uideatur. In aduerſario po
tifice nequaq̃ recta mens, quaq̃ ſimulat ille mirabili
aſtutia. ut facile imprudentes decipe poſſit. Sed nichil
ſani crede michi illiineſt. Si enim ineſſet: qd uetaret
rem pfici. Quicunq; enim iſtoz uere uellet quod et
iurauit & promiſit: alter etiam ſi nollet compelleretur.
Quam enim excuſationem, aut quod diffugium haberet.
Nunc iõ quia uterq; terqiuerſatur. altẽ alteri excuſatio
nem & diffugium prebet. In nrõ pontifice recta & ſim
plex natura. ſed ut quiſq; bonus & ſimplex ita facile ab
improbis decipitur. Quidam enim honores ab eo ſperan
tes: in ſinum eius adulando irrepſerunt. hi et formi

dines inanes illi incutiunt & recta uolentem non nunq̃
inflectunt. Ego ut animi sunt turbationem aliquã for
mido. Nichil est enim infensius, nichil indignantius. Va
le

LEonardus nicolao. Cogitabam tibi prolixius scribere & ppe
diem ut spero id faciam. Nunc autem brevitatis causam
affert festinatio tabellarii qui me in ipo discessu nũqd
uellem rogauit. Est florentie uir egregius thomas bry
tannus michi amicus & studioz nostroz quantum illa
natio capit ardentissimus affectator. huic ergo cupienti
metias nostras: idest libros nouoz poetaz emere rogo
ut omni cura diligentia q; assistas. Deniq; pro natura &
moribus tuis admonendum te familiarius putaui ut siqd
contra sententiam opinionem ue tuam cuperet aut sentiret
eidem te mitem ac minime aduersantem prestes. Vetus
est enim: ut homo est ita morem geras. Vale.

LEonardus ruffo sal pl dicit. Per binas iam litteras a me
petis quid de iohanne dominica existimandum sit. Va
riumq; de eo sermonem apud nos esse significas. Quid aẽ
ego ad te rescribam de re difficili protinus atq; ardua. Nil
enim difficilius q̃ mentem hominis intueri. Itaq; nil di
cam ipe de me: sed qualis sit opinio nostroz hominum de
illo ostendam. Prestantissimum esse uirum & scientia elo
quentia q; eminere nemo inficiatur. Querela tamen est
aduersus eum: qd cum ipe in primis auctor suasorq; uni
onis fuisset ac ceteros omnes ardentissime cõmoueret ta
men postq̃ episcopatus illi a pontifice datus est, quasi me

dicata offa precluſis faucibus, nichil poſt hoc pro unione
ſed multa aduerſus eam uidetur ſuaſiſſe. Atqui nemo
qui primo illum audiſſet, exiſtimauit munus pontifi
cis ab illo non reiici. Accepit tamen ut deprehenditur
non ingrate. ac maiora ſperare illum aiunt. prodita
cauſa quam prius tam acriter purgebat. Nos uō ut
dementis illius archano nichil ſcimus: ſic ea que agit
molitur q; non probamus affirmamuſ q; primo illius
ardori & ſtudio, hec poſteriora uideri contraria, parū
q; ſibi ipſi illum conſtare. Quod utinam ſapientia qua
dam maiori faciat ac non ambitione. Ego quidē hūc
hominem ut ſcis amo propter excellentiam uirtutis
atq; eo magis doleo ipſum in hanc aduerſam opinionē
hominum incidiſſe. Nemo eſt omnium qui peccare i
gnorantia illum putet: ſed cupiditate animi trāſuerſū
agi. Vale.

LEonardus Roberto ruffo ſal. In medio turbationū ac mo
leſtiaꝝ, quibus p hoc tempus omnia redundant: letiſſi
miſ heri nobis & iocundiſſimuſ affulſit dies: qui men
teſ noſtras depulſis triſtitie nubibus mirifice ſerenaret.
memoriam q; omnem preſentium uel impendentium
calamitatum penitus auferret. Tres enim familiariſſi
mi in unum conuenientes, & non bellicum ſed bacchi
cum concinentes: ſatis magnam ſodalium & amicoꝝ
manum contraximus, omnibus q; ad letitiam diſpoſi
tis in uillam alamāni archiepi piſani: ipō alamanno
duce: ueluti ex diuturnis uinculis emiſſi nullū gau
dendi, īmo ut uerius dicam repuereſcendi genius omi-

simus. Villa est media ferme inter pisas & lucam: a dextra ripa auserici fluuii imenissimo in loco sita: & maxime ad rusticanas uoluptates excogitata. Surgens enim leuiter in collem: subiectam q; planitiem despiciens: montes a tergo habt coniunctos ad aucupationes uenationesq; aptissimos. Itaq; siue rapaci aue siue mordaci cane, siue plagis, siue uenabulo, siue cursu. Deniq; siue feris, siue auibus siue piscibus, delecteris: vicini montes coniuncti colles, subiecta planities, preterfluens amnis, affatim omne genus prede tibi largiter subministrant. Vey nobis illuc profectis, nec uenari apros placuit, nec figere ceruos, nec rursus canibus lepores agitare fugaces nec fera blactcolis ungues armata sonoris, cepit auis predam. Sed traxit nos & uendicauit sibi incredibilis amenitas auserici amnis qui tectus fronde populea, crystallino aluco uiridibus ripis, mira placiditate fluebat. Quibus allecti depositis togis & calceis acerrime piscatisumus. In quo ita luximus ut pueri: ita clamauimus ut ebrii, ita certauimus, ut dementes insani q; uideremur. Aderat omnibus ipē alamannus, qui q̄q̄ religione impdiebatur una ludere, tamen ita spectatorem se prebebat, u ta que gerebantur, mira festiuitate risuq; comprobaret. Egressis tandem e fluuio, cena dubia apponitur, excubus rostratisq; auibus. expectauisti fortasse ut dicrem nauibus. Sed non est ita. non est. Sed aderant aues multe uina plurima. Omitto cetera que cuncta oppere apparata fuerunt. Post cenam uō auide uoracater; ut laborantibus in aqua euenire consueuit,

affatim

pipere

assumptam. deambulatio fiat equestris: inter flauentes se
getes & amena uirita ramosq; fecunditate fructuum in
curuos qui longe lateq; uagiti: cantantes alii alii iocãtes.
post multas uariasq; urbanitates: ad ipsum amnem quẽ
antea uado traieceramus reuersi, et in harena depositi:
luctantes inter se agricolas nudos & lacertosos, qui placendi
gratia conuenerant: quasi in gladiatorio certamine usq; ad
primam noctis horam letissime spectauimus. cum illi sepe ui
olentia maioris roboris prostrati, & grauissimo casu ad terrã
elisi, cenoq; inuoluti uberem rderdi materiam nobis pre
berent. Sed ego genera ipsa uoluptatum non singula ac
minuta. nam id quidem longius esset enarro. Scis enĩ
tu q̃ multa esse soleant inter familiares letos et unanimiter
ad festiuitatem paratos. Deniq; hic des proculdubio fastis
ascribendus est, et meliore lapillo numerandus. Presertim cũ
eo turbationis deuenerint res res nre, de curialibus loquor
ut sũmo studio conquirendum sit aliq̃d quod nos quacunq;
ratione abillaq̃ amarissima cogitatione liuertat. vale luce
iiii idus iunii

Leonardus sal dic̃, petrillo neapolitano. Et quod iam dudũ
sepe inter nos collocuti diuinabamus fore ut nubila hec tem
pestas in dies magis magisq; ingrauescens procellam deni
q; subitam horrendam q; daret, tandem aliquando effectũ
est. Patres enim longa indignatione iraq; moti relicto
pontifice abierunt. quo quidem die nil aut procellosius
aut turbulentius fuisse unq̃ imaginari possum. Tuam igitur
sapientiam ualde eq̃dem laudo: quod ista pruidens te
iam antea neapolim in tutum recepisti. Me autem culpo

quod cum non minus fortasse q̃ tu ista prouidissem subire tamen malui q̃ uitare. Accipe uõ a nobis quẽ admodũ res gesta sit. Nam æ auere te arbitror ueritatem cognoscere: & falsa p eos multa qui ignorant circunferentur. Repetam igitur supiora quedam ex eo uidelicet tempore quo tua nobis discessisti quo faciliuſ rei geste causas progressusq; intelligas. Fuerat pontifex noster postq̃ roma abiit menses aliquot senis cõmoratus. Tempus interea uenit quo sane constituerat adesse. Id cum summa bonoꝝ omnium querela tempus defluere passus est promissumq; neglexit contempsitq;. Aduersarius autem pontifex saonam uti promiserat uenit et quidem ad prescriptam diem nostriq; absentiam illudens singulis horis accusabat. O rem acerbam æ nõ presentium modo italoꝝ sed posteroꝝ quoq; dedecus ingens. Quid enim turpius nobis accidere potuit: quid fediusve qd ignominiosius: locum pro unione xpianoꝝ a nobis paulo ante sponte consultoq; receptum, mox erectis cunctoꝝ animis adire postea noluisse. Hec tu scribere audes dicetq; piam, cum sis in pontificis familiaribus: Protinus ita. Quid enim nunc aduler: & alia sentire me fingam: Vnus quippe xpianoꝝ sum & unus italoꝝ alteros fraudari unitate & pace, alteros ut infidos & fedifragos in crimen uocari disrũpor. Non tu igitur pontificem amas. Immo plus certe q̃ isti qui mẽtiendo & adulando diuersa illi suaserunt. Ego enim ueram pontificis gloriam concupiui. Ea profecto fuit in unitate & pace xpiano populo ut promiserat exhibenda. Quo quid glorioſius: quid ĩmortalius esse potuit: Isti uõ ut quomodocunq; sederet etiam cum querela hominum suaserunt.

quod qui glorioſum putant dementeſ ipſi ſunt. preſertim
cum obſcurum non eſſet, hec que nunc euenerunt fuiſſe
uentura. Sed redeo illuc unde digreſſus ſum. cū pon
tifex ſaonam non iuiſſet & aduerſarius ad preſcriptum
eo profectus noſtram abſentiam accuſare nuntiaretur in
dignantibus cunctis & apte frementibus, ſecunda quedam
nauigatio ut dicta ſolet recipitur. vt alter pontifex inue
neris portum, noſter uō lucam ueniret. Octis igitur
p menſem ianuarium maximis niuibus profecti lucam
deuenimus. Ibi ut pote ex propinquo crebris ultro citro
q; oratoribus miſſis acceptiſq; nichilo res ſe habere me
lius apparebat. Nec ſane menſ in alio pontifice ſana e
rat, ſed occulebat ille quidem bona fronte propoſitū ma
lum & certe in cauſa ſupior habebatur. Nam & ſaonam
erat ad preſcriptum diem, nrō uō turpiter deficiente, &
poſtea quaſi uera cupido ineſſet, etrurie litus aduene
rat: obuiam ſtrenue profectus tarditati noſtre. Cunq;
in nrām ut ita dixerim terram pueniſſet, illud haud
impudenter dicere uidebatur, ſe in littore eſſe uelle, ne
a claſſe tutela q; ſua diſcederet longius. Locum autem
recuſare nullum modo litoreus eſſet. Set illius fūma
erat. At noſter quaſi contra nitens, ad litus deſcen
dere recuſabat mediterranea probabat loca, nec tamen
omnia ſed ea tantum que ſe pontificem extimarent.
] ta alter quaſi aquaticum animal in ſiccum exire. alter
quaſi terreſtre undas aſpicere p horrebat. Exacerbabat
uō dolorem: quod uulgo extimabatur. neq; illi ſi in ſic
cum deſcenderet, neq; huic ſi litus adiret, qcq̄ periculi

ſubeſſe. Nec ipi quoq; id nunc intelligere putabantur/ ſed metum de induſtria fingere quo deſideria hominũ fruſtrarentur. Erant igitur querele ingentes & apta iam protinus oblocutio/ indignabanturq; omnes ea etate homines/ ſupra ſeptuagenariũ uterq; eſt/ quo paucos ſederent annos/ & dei metum & hominum cenſuram poſthabẽ.

Hec erat hominum indignatio & querela. De me autem ſi queris: ego deceptum pontificem noſtrum/ ad his de quibus ſupra dixi/ metumq; inanem ꝑ malos ſuaſores ſinuectum illi exiſtimabam. Conſpexeram enim ab initio illius rectiſſimam uoluntatem. Mutatum uõ ex ſe ipo bonum quidem uirum ꝑſuadere michi non poteram.

Nam ſi malignum putaſſem: non tu me preuenuſſes abeundo. Cum eſſet hic ſtatus rei, ecce noua turbatio ſuporitur. Conſtituit enim pontifex noſter cardinales nouos in eccleſiam romanam aſſumere. Huius uõ cauſe erant due. Vna qđ fautoribus quibuſdam ſuis gratiam referre cupiebat/ preſertim id magnope flagitantibus. Altera qđ admiſcendo uetuſtis patrib;/ nouos aſſumptus tẽpaturum ſe illoꝝ uehemẽtiam extimabat. Non erat dubium prẽs aduerſus hanc pontificis uoluntatem eſſe reclamaturos. Et eſt mos nichil tale abſq; illoꝝ conſenſu a pontifice decerni. Fortiter igitur conandum ratus prẽs in conſilium uocat. Conuenere trepidi & iam inde aliud alii ſuſpicantes. Paratur ſecreto locus, ſubſellia ponuntur. prodiit ecubiculo pontifex & in throno reſedit. Patres inde ſuis locis conſedere iubentur. Vbi conſeſſum eſt. pontifex

contra consuetudinem duos circa se familiares retinuit ce-
teram multitudinem omnem excluſit. Jd ſiue ut inter
uentu nrō ſiquid opus foret uteretur/ ſiue aliam ob causā
fecerit/ incertum habeo. Mora quedam prius & filentiū
fuit. Jnde cardinales aſpiciens non ſatis leto uultu/ preci
pio inquit ut nemo uestrum aſſurgat. Hec prima illius
uox/ cum mentes ſubita admiratione pcuſſiſſet/ alio aliū
reſpiciente indignanteq;: herricus tuſculanus/ quid eſt
inquit hoc pater. & quid ſibi uult iſtuc preceptum. Quan
doqdem inqt pontifex uobiſcum nequeo recte agere/ pro
uidere eccleſie uolo. Adhec henricus inflāmato uultu. Jm
mo deſtruere ecclam uis. Hic cum indignarentur omnes/ ſe
derent tamen/ primus omnium Raynaldus ſancti uiti in
macello diaconus uir ut tunc michi uiſum eſt/ omnium qui
aderant cordatiſſimus/ repente aſſurgens moriamur potius
inquit. Eſt ille ut tu ſcis procero corpore/ et cum procerita
te ipā tum etiam uerbis facere animos uiſus eſt. Jtaq; ple
riq; poſt hunc ſurrexerunt. Sed in noua & ſubita re/ pro
ſpicere licebat/ quid in unoquoq; animi uigoris q; ineſ
ſet. Rubebant alii alii pallebant. Jra & uirgo alii a
lii prece ſupplicioq; nitebantur. Coluñenſem ego uidi
ad pedes pontificis prouolutum/ rogantemq; ne ita facē
uellet. Contra uō leodienſem minabundum & contuma
citer incenſum. Burdegalenſis uō quaſi medius quidā/
modo iras lenibat modo pontificem precabatur. Jta re
infecta conſilium tandem dimittitur. Precepto tamen
prius a pontifice edito/ ne quiſq; patrum urbe luca exiret.
ne ue in iuſſu ſuo conuenirent. Jd rurſus preceptum nō

minus aſpitatis ſuſpitionisq; habere uiſum eſt. Itaq;
maiores confeſtim ſecuti motus omnia prupunt. Leodi
ensis siqdem poſt preceptum illud pontificis mutata ueſte
urbe egreſſus aufugit. Id cum auditum eſſet, īmittunt
equites qui illum reducere conentur. hi ergo uestigia
parum caute ſecuti piſanum in agrum diſcurrerunt. qui
eſt in florentinoꝝ dictione, nec tamen cardinalem ipſum
apprehendere potuerunt. Nam parum anteueniens in op-
pidum librafactam ſe iam recepat rixa tamen nō ꝑcul
ab oppido coorta eſt. & quidam ab eqtibus uulnerati.
Ea cum luce uulgarentur: lucenſis princeps ueritus ne ex
hoc florentinoꝝ ira quaſi uiolato eoꝝ territorio contra ſe
prouocaſſet, eqtes qui ea patrauerant, cum lucam redirēt
ad ipām urbis portam capi iuſſit. Erat pontifex quoq; ſol-
licitus de eqtum ſuoꝝ errato grauiterq; ferebat florentinoꝝ
fines ab illis uiolatos. Itaq; propere Marcellum ſtrozam
uirum clariſſimum qui tunc in curia morabatur & me quoq;
una cum illo ad ſe uocauit. Dicit que geſta ſint, nullo ſuo
iuſſu: ſed equitum temeritate fuiſſe cōmiſſa. Nos ergo flo-
rentiam oratores ire iubet, ac rem apud ciuitatem pur-
gare. Cum eſſemuſ in eius conſpectu mandata q; acca
peremus: repente ingreſſus quidam nuntiat cardina
les omnes uno agmine ſimul abire. Eo nuntio pontifex
auerſus, illico demittere nos, ac aliis traducere animū
coactus eſt. Neq; enim falſa erant que de abitu cardina
lium nuntiabantur. Nam illi qdem ex captiuitate eqtū
recepto animo, prius enim principem ipm eqteſq; formi
dabant, abeundi palam conſilium ſuſcepunt. Adiuuit

eoꝝ ceptum florentinus quidam ciuis paucis ante di
ebus lucam missus/ qui tunc presens ex hoc ipō occasio-
nem nactus/ pro inuaso territorio ab equitibus uocifera
batur. Ob huius maxime clamorem & simul ob eqtum
iniuriam conterritus lucensis/ abire cardinales passus
est. Luca igitur egressi eodem die pisas migrauere.

S pectaculum me hercle durum fuit atq; acerbum prēs
cernere abeuntes. Sed acerbior paulo post michi appa
ruit curialium secessio. diuidebatur enim multitudo
tota & quasi ab uno corpore membra diuellebantur. ali-
is cardinales sectantibus/ aliis cum pontifice remanen
tibus/ plurimis uō incertis & uacillantibus/ querelaꝝ et
detestationum plena erant omnia. Pontifex haud mī
to post nouos cardinales creauit quatuor. Vellem me
lioribus auspiciis creatos. Nam nisi fallor multa et
terribilia impendunt. Ego pontificem non desero.

T enet enim me familiaritatis ius & officium quod apud
illum gessi/ a quo salua existimatione mea recedere pos-
se non uideor. Affirmo tamen pmulta que hic fiunt/
michi nequaq̄ probari. Vale.

L Eonardus Ruffo sal. Audiuisti que hic turbationes
coorte sunt. Patres enim utiam pridem suspicabar/ pō
tificem reliquerunt. magna profecto res & nisi fallor/
initium maximaꝝ nouitatum. de quibus refert plur
mum quid sentiat ciuitas uestra. Tu siqd habebis fac
es me certiorem. Ego pontificem non deseram. non qđ
michi hec probetur causa. sed qa in familiaritate eius cū

fuerim, non uideor absq; reprehensione deserere illum posse. Ita tamen pstabo ut mei iuris sim, nec quę q̃ offendam. Pontifex post discessum patrum cardinales assumpsit quatuor, in quis est Johannes dominica, quę ragusinum dicunt, uellem melioribus auspiciis creatus esset. Nam multa ni fallor impendent p que nō esse prestet q esse. Vale

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM LIBER TERTIVS INCIPIT.

LEONARDVS P. EMILIANO. QVO IN statu res nostre sint quantisq; agitemur uel potius iactemur fluctibus te audiuisse & audire quotidie scio, & nunc plenius de zacharia tuo clarissimo uiro cognosces. Quā q̃ difficile uidetur rē sic referri a quoq̃ posse, ut non multo ueritate ipā ac magnitudine turbationis supetur. Ego autem mirum in modum discrucior, qđ non absum, qđ non in aliquo urbano uel suburbano uel denique; in aliqua silua inter spilea ferax abditus hoc tempore lateo, libris studiisq; intentus. Quiuis enim locus michi iocundus esset: modo hanc exitiabilem ruinam & cineres ipōs crematę ecclesie, quas hic degens uidere cogor, aspicere nō possē. taq; & te felicem arbitror, qui uel dei beneficio uel singulari prouidentia tua, iam pridem ab huiusmodi incendio ereptus sis, & me parum fortunatum qui nunc in usta nauicula fluctuanti ac pene submersa, una cum

ceteris naufragium facio. Sup qua re te rogo atq; obse
cro, ut siquid habes quo animum egrum consolari possis,
michi rescribas & hunc dolorem uel eruere uel lenire
tua sapientia & facundia conere. Hoc ego a te expecto.
Marinum caruellum & Zachariam nostrum uiros prestan
tissimos mirifice diligo, sed ut minus frequens q̃ coniũctio
familiaritatis nr̃e postulabat cum illis uersarer, tempons con
ditio & rei turbulentia coegerunt. Vale & me dilige mi io
cundissime petre.

LEonardus nicolao salut̃. Laurẽtio quẽ tu michi p tuas lit
teras cõmendasti, scribo ut negotia eius processere. Omni
no illi cupio satisfacere, sed genus petitionis parũp excorbitat.
De negotio autem fessulano animaduerti quanto studio ãnita
ris. Itaq; & ego in ea re tibi morem geram. Libros quos
michi misisti accepi, e quibus uolumen illud aristotelis per
gratum est, aliud nec multum cupiebam priusq̃ uiderem
& postq̃ uidi confestim satiatus sum. nec puto michi a grecu
lo barbato satisfactum, dii illum perdant. Tu uale.

LEonardus sal dicit nicolao. Pluresʒ his diebus a te michi
redditę fuerunt epłę, omnes ferme cõmendatitie quibus
si in respondendo tardior fui ignosce pretor, non occupatio
nibus reiʒ agendaiʒ que mille in hoc tempore sunt, sed p
turbationi & egritudini quibus assidue mirum in modum
discrucior. Eum quippe in locum res deductas cerno ut ne
cessarium sit merore confici & quasi consternari amissa iam
spe, ac in peius labentibus in diem rebus. Sed his omissis q̃
accusari facilius q̃ emendari possunt, breuiter respondebo.

Quantum ad fessulanum negotium attinet, uacabit quidem
ecclesia, sed tamen illi ipsi qui prius tenebat dabitur in com
mendam. Sic enim in cunctis quoq; memoriam teneo fa
ctitatum recordor. Itaq; non uidetur hanc curam in pre
sentiaq; suscipiendam esse. & qui aliter existimat, consue
tudinem michi crede ignorat. Ego tamen paratus sum
quocunq; in casu huic studium & diligentiam adhibere,
quoniam & iustis uacationis est modus & non omnino in
iustum desiderium. Nam alteq; illum, qui p ruinā alte
rius ad generalem bestialitatem ascendere cupit utinā
michi adesset potestas non de monte carmelo, sed de cau
caso precipitem deiciundi. Neminem cognoui adhuc uirū
bonum, qui huiusmodi pompas & insanias p hanc uiam sibi
ultro oblatas non repudiaret, nedum ambiendo & flagitan
do pquireret. Ad vi idus octobr̄ constitui ad aquas petrio
lanas lauandi causa proficisci. eroq; fortassis ibi octobrem
totum deinde constituam quid michi in futura hieme sit
agendum. Siqua ratione me explicare ex hac procello
sa tempestate possem libenter ad uos tanq̄ in tranq̄llum alı-
quem portum me recipem. Nam hic manentem multa un
diq; conturbant. Primum istis non obsequor ut ipī effla
gitent sepeq; aduersus eoq; uoluntatem contumaciter re
pugno, nec qcq̄ exequi uolo nisi quod mea equitas patiat̄.
Alii uō prestantes uiri qui nup secessērunt meam hanc morā
grauiter et iniq; ferunt. presertim cum collega meus hinc
nup abierit, et quidem insalutato hospite. Itaq; utrisq; di
spliceo. istis quod non facio illis qd non abeo. Istis quod
non obsequor illis qd non sequor. In huiusmodi molestiis

constituitus, quo me uertam nescio. Omnem huiusmodi deliberationem in reditum meum a balneis reseruo. deus bene uertat consilia nostra. Senis xv kt octobris.

LEonardus nicole. Veni aretium kt ipsis decembribus, sũ q; hic moram facturus donec a poggio aliqd rescribatur. qui instructus atq; doctus de omni cura & cogitatione mea ad uos profectus est. Circunspicite diligenter oĩa queso. ut maturius qd agendum mihi sit statuere possitis. Vale aretii ii noñ decembris.

LEonardus salutem dic̃ nicole. Quod ad me ita scribis, q̃si ad hominem durum ac nimium ptinacem, qui nec ab amicis moneri possit, nec psuaderi sibi pmittat: uehemẽter mi dulcissime nicola admirationem suscipio. Nam quis me facilior.o & ab omni obstinatione duritie q; remotior.o quis amico4 sententiis morigeratior & obsequentior unq̃ fuit.o Atqui ego nup senis poggio nostro cõmisi, ut consilio tuo & cetero4 amico4 quid in illo negotio p me agendum foret statueretur. A quo tamen nec areti p multos dies expectans, nec postea arimini tã diu iam cõmoratus, ullam neq; litteram neq; nuntium cum quotidie anxius expectarem, & ex illo totus penderem accepi. Non poteram in hanc suspitionem adduci ut poggius in re mea presertim tam seria ac tanti ponderis torperet, ac p negligentiam labi tempora sic periculosa pateretur. Vos potius arbitrabar deliberabundos & ambiguos propter difficultatem consilii & incertitudinem re4 futura4

expectare / ut aliqua inde firma spes. uobis ostenderet.

Tu ergo uide ac mature cum ceteris amicis nr̄is delibera
kt̄ febr arimini.

Leonardus Riccio salut̄. Vocauit me hodie. C. senensis
acuehementem querimoniam michi aduersus germa-
num tuum exposuit. qd̄ Burdegalensi londonis obuiā̄
exisset / quod ip̄m postea omni reuerentia & obsequio hono-
rasset / quod in presentia regis & alibi cum multa contra
pontificem dicerentur / ip̄e presens & audiens nunq̄ resti
terit. quod litteras que per pontificem eidem transmis-
se fuerant / nunq̄ ostenderit / sed tacendo illius calūniis
quasi consentientem se prestiterit. Addit etiam p eū̄ esse
factum ut Johanni cincio equiti britanno metensi ep̄o q̄
pontificis fauebant partibus / fides derogaretur detectis
eor̄ consiliis apud regem. Hec omnia se accepisse ex lit
teris ueneti cuiusdam / qui londonis negotiatur affirmat /
a quo cōmendationes germani tui sepius iam suscepit.
taq; non dubitare se / quin & hec que supius dicta sunt /
& alia unsup multa de quibus ille non scribat / contra bo-
norem pontificis fuerint ab eo pacta. Hec senensis ad me
tanq̄ ad hominem tibi arctiori uinculo coniunctum / cum
indignatione quadam exprobrauit. Ego que pro tēpore
dicenda uidebantur respondi feci q; meo solito more / ut
ad mitigationem ir̄aq̄ conatus omnis adhiberem. Sed tu
uide quid agendum putes. Michi quidem ad mores
istor̄q̄ & conditionem locor̄q̄ in quibus anconitana eccl̄ia
est / mentem uertenti maior formido incumbit. Intelli-
gis quid dicam. Quare prudenter & mature consiliū

ſume Arimini kł februarii.

LEonardus nicolao. Binas proximis diebus abſte litteras accepi. ſic tamen ut quas tu prius dederas, michi poſteri us redderentur. In primis que hodie michi reddite ſũt intellexi amica tui qui ut deo ſeruire ſine inopia poſſit, epiſcopatum deſiderat opulentum, eximiam cupiditatẽ & ĩmaturam procul dubio feſtinationem. Atq; ut huic par ti ante omnia reſpondeam: nec amicum tuum uirũ utiq; bonum, ſed minime ut michi quidem uidetur' aſtutum, ſpe uana deludi ꝓmittam: primo ſcias de priuatione illi⁹ quo de ſcribis: nullam omnino in hac noſtra curia fuiſſe aut eſſe mentionem. falſumq; rumorem ea de re ueſtras ad aures ꝓmanaſſe. Illud preterea haud quaq̃ tacuerim qđ tuam & ſuam prudentiam fugere non debet. in huiuſ- modi promotionibus epiſcopoꝝ, neceſſarium eſſe ut aliq̃ diligens & opoſa preparatio antecesſerit, ꝑ quam animi eoꝝ qui dare poſſint, ita diſpoſiti ſint ut dare uelint. huius ergo preparationis & oportune & neceſſarie & ſine qua qui ſperat ſtolide acuane ſperat: in hoc amico tuo ego nichil uí- deo & ſi ꝓme uerbis dũtaxat fieri poſſe credatis in hoc tem- pore & in hac tanta florentinoꝝ ciuium multitudine, qb; aut pro aduerſa inclamatione, medicata ut ita dixerim offa precludende ſunt fauces: aut pro fauore ac nauata opa gratie referende: uehementer erratis. Aude aliqđ breuibus qiaris & carcere dignum, ſi uis eſſe aliqđ, probitaſ laudatur & alget. hec ego ſcripſi liberius ut intelligere poſſitis aliter ꝑ uos ſup hac re iſtic uigilandum & prouí-

dendum esse. Nam quantum ad me attinet paratissimus
sum, sed hoc non satis habet uirium in hoc tempore tanta q;
ambitiosoz hominum cupiditate. Quare faciat ipse qui pe
tit, ut aliquo memorabili obsequio aliqua ue insigni re ge
sta, nomen eius apud pontificem cõmendetur. Medio po-
suit deus omnia campo, nec sedentibus corone sed pugna
tibus traduntur. Quod autem in eadem epistola scribis, ta
bi meum adhuc consilium uehementer placere. est id qdẽ
ut ita existimes pgratum. Sed nicola noster contra sentit.
P oggius uõ ad utrũq; mussat. Itaq; illud orati dicere nõ
imerito possum. Tres michi conuiue prope discordare ui-
dentur. Poscentes uario multum diuersa palato. Nunc
uenio ad alias litteras tuas. Expecto epistolas quas michi
uberioris prolixioris q; polliceris, quibus uellem ut de sa
lutato michi responderes, quando poggius noster ut du-
dum apollinis delphica oraculum obmutiuit. Vale arimini.
idib; febr.

Leonardus Zucharo sal pl dicat. Vellem interdum michi
scribere, & que istic agantur que ue sperentur notum facẽ
tua solita diligentia curares. Ego arimini sum uerũtamen
ita sum, ut meus sim & meo arbitrio non alieno uiuam.
Nichil enim facio nichil scribo nisi quantum michi placet
Placet autem tantum quantum tu nosti. Nulla adhuc littera
mea ne unus quidem apex conspicatur de quo quisq;
in hac miserabili diuisione possit querimoniam aduersus me
iustam habere. Adeoq; nota est omnibus hec integritas
mea nichil ut omnino michi quod ad hanc diuisionem
spectet demandetur. Processus & huiusmodi pestilentias.

nec legere nec scribere / nec ubi legerentur / scriberentur ue
adesse unq̃ uolui. que res multum ad utilitatem ægr̃am
michi obest. Sed obsit quantum uult. semel decreui ita
fore in curia ut neminem ledam. si hanc integritatem ser
seruare michi liceat / morabor / si non licuerit confestī abibo
vale

LEonardus nicolao salut̃. Cgisti mecum pro cetera tua di
ligentia / & uetustaz rez exima cura / ut siqd antiqtatis a
rimini reperem tibi notum facere p meas litteras curarē.
Quod postq̃ intellexi: tam & si antea sponte mea satis accu
rate studio uisendi cuncta lustraueram: tamen cognito
desiderio tuo / circuiui rursus urbem omnia q; pscrutatus
sum & q̃ diligentissime potui singula queq; prospexi / ut
tue q̃ acculatissime satisfacerem uoluntati. Est autem ari
minum / ut te ignorare minime arbitror / populi romani
colonia / antiquissima qdem ac celeberrima. Sed euenit
in hac quod in ceteris antiquis urbibus euenire solet:
ARIMINVM.
ut reliqe ac monumenta quedam uetustissimoz opum cō
spiciantur: uez ita ruinis quassa / ac uetustate ipa consu
pta / ut nec cuius figure nec ad quem usum fabricata
fuerint: q̃uis diligentissimus prospector queat agnoscē.
Duo tamen notabilia & prestantia antiquoz opum monu
menta que adhuc pene integra supsunt / digna annota
tione & uisu spetiosa / tibi q̃ minus inepte potero descri
bere conabor. Porta est sublimis ac magnifica / lapide
quadrato & diligenti artificio ppolita cuius antiqtatem
ex litteris supne incisis coniectare licet. quanq̃ enim
ex parte quadam disiecte: tamen & consulis mentionē

habent & diphthongi quedam ſecundum antiquã ſcri
bendi normam: ut pro uiis uieis & pro celeberrimis
celiberrimeis, more grecoꝝ, qui non nunq̃ huiuſmodi
diphthongo utuntur, ſcripte legantur. Eius uõ porte late
ra turres due utrinq; muniebant, quas tamen qa non
item ex lapide, ſed ex lateritio fuerunt iam antiqtas
pene totas abſumpſit. Habes unum monumentum.
Hunc aliud accape, non minus inſigne. Pons eſt ex mar
more ornatiſſimus ac pulcherrimus: quẽ ut lutere ab u
traq; ſponda docent inciſe: diui auguſtus & tyberius
dedere. Fieri poteſt ut alter inceperit alter abſoluerit,
uel ut ab altero deſtinatus: ab altero ſit pfectus. Quomo
docunq; ſit, pontis ſtructura eſt pmagnifica, marmora
undiq; decorant. quatuor in alueo pedeſ habet, arcub;
quinq; ripas coniungit. Latitudo eſt ſatis ampla, ut bi
ne quadrige aduerſum citate ſe inuicem non impediãt.
& uia inſup ab utraq; parte: p gradus paulo altiores ſecũ
cumdum parietes, qua pedibus iri poſſit relinquatur. Pa
rietes uõ ipſi ex marmore ſunt p hunc modum facti.
Singuli lapideſ deinceps poſita platitudinem recti & a ſũ
mo teretes: ſuo tantum pondere moleq; ſubnixi uiam
utrinq; muniunt. & pontis oras claudunt extremas. Qd
autem pro magnificentia eius opis maxime noto: lon
gius tranſripam ab utraq; parte ſtructura pontis eodem
ornatu facieq; protenditur ne mutatione aluei fallere
aut circũuenire amnis poſſit. Via autem a ponte ſtrata
fuit lapidibus illis quibus circa urbem romam multa
itinera ſtrata fuiſſe cernuntur. extant q; adhuc reliqe

quedam lapidesq; ex eo genere passim iacentes plurib;
in locis conspiciuntur euulsi. Ex his uō duobus monu-
mentis satis apte iudicari potest hanc urbem priscis il
lis temporibus maioris ambitus q̄ hodie sit, non fuisse
sed aliquanto etiam minoris. Nam ea ex parte que pisau
rum ac fanum fortune spectat, antiqua est porta de qua
supra dixi. & ex opposita regione oppidi qua rauennam
uersus itur pons est augusti & tyberii sup flumen qd ur-
bem abluit. aliis rursus ex partibus tam uersus mare q̄ uer
sus continentem menia cernuntur uetusta a quibus pro-
ductum esse pomerium constat. & spatium antique urbis
additamento non paruo amplificatum. Quod siqs forte
non putat hanc quam dico paruitatem: illi tam crebra a
pud historicos mentioni ac celebritati huius loci conuem
re: maiorem q; & ampliorem fuisse contendat. is cogitare
debet ob oportunitatem potius huius urbis, que extre-
mus italie oris sita gallus q; finitima accōmoda erat, q̄
ob magnitudinem eius tam frequentem mentionem ha-
beri. Illud insup considerandum est quod plerosq; nō
satis eruditos interdum fallit: aliud urbem significare,
aliud ciuitatem. Vrbs enim est solum edificia & menia
ab orbe quo locus cingitur appellata. ciuitas autem est
congregatio hominum iure sociato4 & eisdem legibus
uiuentium. Vnde bonus uir ut aiunt stoica ex urbe
quidem pelli potest, ex ciuitate uō non potest. Vt licet
urbs ipā parua fuerit: ciuitas nichilominus maxima &
amplissima fuisse potuerit. Neq; enim multum refert ut
opinor intra urbem ciues habitent uel extra, modo iis-

. Urbs ab orbe .
Ciuitas.

dem legibus unoq; ſtatutis conſilio uiuant, eoſdemq;
magiſtratus uereantur, muneraq; & honores ſimul capi
ant. Peruſia & arretium paruas fuiſſe urbes ex utriuſq;
antiquis mẽnibus apte diſcernitur. eedem tamen ciuita
teſ magnę, & etrurię capita fuere An credis multitudi
nem ciuium que nunc eſt cum illa que tunc erat aliq̃
modo comparandam? dica proculdubio non poteſt. Quid
ergo erat? et intra & extra urbem ciuitas uocabatur. In
ipa uõ urbe quod erat precipuum ciuitatis oppidum: fo
ra erant & iudicia & magiſtratus. qui cum res poſtulabat,
in concilium ciues uocabat. hoc etiam nomen ipm ciui
tatis atteſtari uidetur. Ciere nãq; uocare eſt. Inde cętuſ
inde ciues, inde ciuitas. Inde eſt illa compoſita contiõ cõ
cilium conciliabulum & alia huiuſmodi congregationis
uocabula, ex eo dicta qd multitudo uarie diſpſa in unũ
conuocabatur. Qui uõ aiunt ciuitatem dica quaſi ciuiũ
unitatem. hi cum pace eoꝝ dictum ſit, omnino delirant
inſcitia litteraꝝ. Velim nãq; ab ipis audire: num & parui
tas dicatur, quaſi paruoꝝ unitas. Probat inſup illa ratio
qd apud ueteres diſtinctio fit: inter ciues & peregrinos:
non ut hodie facimus ineptiſſime qdem, ſed tamen faci
mus. Impitia etiam non ſolum reꝝ ſed etiam uerboꝝ, oĩa
in hac tempoꝝ noſtroꝝ fece confudit: inter ciues & comi
tatinos. Peregrinus rex nũma pompilius rome fuiſſe dica
tur, quod erat ex ſabinis: licet finitima ciuitate tamen
aliena. et in ciceronem nonnuq̃ maliuoli propter ĩmodi
cam iudicioꝝ potentiam, peregrinum regem uocitabant.
quod erat arpinas origine. hec diciſſe uelim, ut q̃ di-

· Peruſia.
· Arretium.
· Ciere.

uersa sit urbis ac ciuitatis significatio non ignoremus:
nec admirationi sit nobis si celeberrimaꝝ ac potentiſſi
maꝝ olim ciuitatum paruas interdum urbes: & que
tante celebritati fame non uideantur respondere cō-
spicimus. Possem ad hoc multa ex antiqs adducere:
quibus ea que supra dixi de ciuitate & urbe mani-
festissime comprobantur: nisi uererer ne in re mani-
festa tedium ac fastidium prolixitas pareret. Sed re-
grediendum est unde digressus fui. tanq̃ enim si p̃-
sens tecum loquerer/ facultatem quãdam euagandi li-
centius & de tota antiquitate loquendi michi assum
psi/ putans id tibi plus uoluptatis q̃ molestie allaturꝝ.
Vrbem igitur ariminum uetustis illis temporibus mino
rem aliquanto q̃ nũc sit fuisse apparet, ciuitatem ni-
chilominus longe maiorem ut supra dixi arbitror
fuisse. Ex monimentis autem uetustis/ duo tibi desc̃p-
si que michi relatu digna uidebantur. Sed postq̃ an
tiquoꝝ huius loci monimentoꝝ facere mentionem in
stitui & liberius euagari epla cepit: non preteribo unũ
huiusce loci ac pulcherrimum prisce antiqtatis speci
men/ cui nec illa inclita roma que impium terris/
animos equauit olympo: neq; athene aut syracuse
magnificaꝝ quondam urbium ingentes ruine/ q cq̃
par aut simile in suis hodie reliqs habent. Est autẽ
hoc non marmor parium/ non lapis numidicus/ non
phidiacum ebur/ non corynthium uas: non statua ex
ere aut marmore fabricata non edificium non pensi
les horti non cochlea coluña non theatrum/ non obeli-

scus : non signum non tabula non toreuma : res mute
quidem & puerorꝝ oblectamenta sed prestantissimorꝝ
uirorꝝ eorꝝ dico quos stupidi legentes admirari & q̄ꝝ
memoriam uenerari solemus uiuam & animatam effi
giem . Virum enim prestantissimum & michi crede
qui q̄ lentius ac diffidens laudator esse consuerim
non ignoras . Virum inq̄ prestantissimum ex illo p̄sco
genere hominum in hac urbe inueni Carolum ma
latestam principem huius ciuitatis quem ego quo
tiens intueor totiens michi aliquem M. marcellum
aut furium camillum inuictissimos bello duces et eos-
dem in pace mitissimos atq; optimos uiros legibusq; ob-
temperatissimos uideor intueri . Crede michi nicolae
non te fallo nec ipse fallor . Nunq̄ uidi hominem qui
magnitudine animi & ingenii prestellentia aliisq; su-
mo duce dignis uirtutibus ad antiquos illos illustres
uiros propius michi uideretur accedere . Nec tamen nūc
a me in hac uiro tibi recensendo laudationem oratoriā
& dicendi artificium expectes . Illis enim huiuscemodi
ornatu opus est quoꝝ uirtutes ac res geste satis p̄se ipas
formose non sunt ut mulieres uidemus illas maxime
fuco ornatuq; unitu : que sua actuera pulcritudine ca-
rent . Preterea nec tempus nec propositum meum nō
epistolaris breuitas patitur : me nunc p rhetoꝝ p̄cepta
discurrere & panagericas cōmendationes excerpe . Itaq;
illa pretereo que de generis claritate : que de amplitu
dine ac gloria maioꝝ : que de fortunis ac facultatib;
ceteris q; huius generis uerissime & acculatissime posse

CAROLVS MA-

si in his demonstrandis occupatus esse uellem referre. Quid enim attineret splendorem familie ceteraq; eiuscemodi in huius laudem adducere. cum ipe quocunq; in loco natus fuisset propter egregias uirtutes sibi ipi fuerit nobilitatem gloriam & amplitudinem pariturus. Illud tantum breuiter & sumatim dicam exclarissima huius familia pstantissimis ac sumis uiris continua successione referta sic omnium superiori uirtutes dei munificentia in istum collatas ut quanq; in ea familia aut consilio aut magnitudine animi aut strenuitate aut iustitia aut liberalitate conspicuus fuerit in hoc uno tanq legitimo omnium successore cuncte huiusmodi superiori suori prestantissime dotes appareant. Est enim ut michi quidem uidetur prorsus mirabile q multis ac uariis rebus hic princeps excellat. Et primum in rebus bellicis quata hic uir gloria sit quatiq; iudicio omniu qui rei militaris peritiam habent excellere putetur consentiens omnium fama testatur. Extant q; res ab eo geste magne quidem ac memorabiles & ab ipa adolescentia continuatis uictoriis feliciter confecte in quibus & generosa celsitudo cordis ad pericula capessenda et inter ipa pericula inuictum corporis atq; animi robur apparuit. Rursus ad pacem atq; ad eas res que sine armis geruntur si te uertas inuenies consilii maturitatem & prudentiam singularem. Que in hoc uiro tanta est quantam & acumen excellentis ingenii & multay ac maximay rey tritus et diuturnus usus maximam in homine efficere potest. Ac credit ad hec illud meo iudicio mirabile ac si recte dixerim stupendum. quod uir in his rebus que a studiis ab

horrere uidentur occupatissimus: tantum litteratura & doctrina pollet quātum pran assequuntur ex iis qui universam etatem in huiuscemodi studiis posuerunt. his additicias illa pretlara sine quibus omnis prestantia in principe deformatur, modestiam, honestatem mansuetudinē, tranquillitatem, religionem sanctimoniam, integritatem & hec omnia egregia. Est preterea tanto nature munē, ut ad singula precipue natus uideatur, celeberrime legere, uersus facē, soluta oratione eleganter dictare, et quod in robustissimo corpore mirandum est, nec ipē de eo scriberem, nisi de diuo augusto ac diuo tito uespasiani filio idem legissem ita uenuste propria manu scribere, ut omnes librarios uel adequare faciliter uel supare possit.

Itaq; haud facile dixerim: robustior an doctior, corpore an mente ualidior atq; aptior, iustior an ingeniosior sit existimandus. Sunt insup qui felicitatem eius ex successibus rez bene gesta magnifice extollant. quod eq dē tribuendum puto, cum industrie sūmi uiri, tum eiusdem iustitie ac pietatu. Verbum est enim furii camilli, omnia prospera euenire sequentibus deos aduersa aduersa spernentibus. Nolo quēq ex antiquis prestantibus uiris in cōtentionem adducere, sed certissime confido, cum de uetustis rebus a me quesieris, hoc specimen antiqtatis nequaq fuisse pretereundum. Vale ariminī. x. kt martias.

Leonardus petro emiliano sal pl. dicit. Opinor tibi non satis manifestam solum, uez etiam satis probatam esse cām, cur p hosce menses ad te scribere haud multum properarim.

Cum enim epistolaꝛ officium sit ut absentis de iis rebus
que apud nos geruntur certiores faciamus: atq; ego apd
eos degerem quoꝛ opa ac uoluntates a te minime proba
ri sentiebam cõmittendum non censui mee ut littere in
quibus preserti nichil utilitatis ad corrigendam emendã
dam q; prolapsam rtm.p. inesse poterat: aliqd aut suspitio
nis aut offensionis contraherent. Scis enim quia ubi ad
uersus quẽpiam infensi sunt animi: omnis omnino com-
municatio, etiam si nichil habeat nocumenti, molestissima
est. Quam obrem intermisi eqdem ad te scribere, cum ta-
men amor erga te meus nullam intermissionem caritatis
aut beniuolentie pateretur. Hunc autem quoniam ex eo
loco in quo nichil aliud q̃ ius quoddam familiaritatis me
detinebat, decreto florentine ciuitatis reuocatus sum &
iam sine cuiusq̃ offensa scribere posse uideor: dabo opam ut
quã intercapedinem abstulit conditio temporis, hanc iam
liber & omni solutus cura animus ex suppleat. hoc item a te
qui iisdem ut opinor rationibus adductus longum mi-
chi tuaꝛ litteraꝛ silentium prestitisti nunc submota cau-
sa censeo faciendum. Sic et quod intermissum est assidu
itate crebritate q; faciliter instaurabimus & nõ longi tem-
poris incõmodum longa atq; cõtinua cõmoditas limet vale.

Leonardus sat dicit Antonio. Jngentem uoluptatis partẽ
peregrinatiunculis meis defuisse existimo qd nec flo
rentie nec aretii tecum esse potuerim, sed alternatis
temporibus, dum ego florentiam uenissem tu aretii
fueris, dum rursus aretium peto, tu florentiam remi-

graris . Sup qua re uix est ut non putem michi fortu-
nam inuidisse & cum cętera ut optabam prestaret / hoc
unum denegasse / ne cupiditas mea penitus implere
tur. Valde tamen molestius michi fuit te ãretii non
inueniſſe q̃ florentie. Primo quod non quẽadmodũ
florentia ãretium / sic ãretio florentiam petiturus eram.
Deinde quod licet priuſ esset apud me firmissima de
tua probitate constituta opinio / tamen ita magnas et
egregias laudes admirabilium uirtutũ tuaꝝ in ea ciui-
tate que te proximo semestri cum imperio presidentẽ
expta erat audiui / ut longe magis inflãmatus sim
ad beniuolentiam & caritatem tui. Itaq; ualde ange-
bar animi facultatem michi ademptam tibi presenti e
uestigio gratulandi. Fuit enim profecto uirtus omni
tempore admiranda / sed ętate nostra tanto magis q̃to
bonoꝝ uiroꝝ penuria est maior / presertim in magistra
tibus ubi propter licentiam peccandi abstinere se dif
ficilius est. Pleriſq; enim non tam uoluntas malignandi
deest q̃ facultas. cui uõ cum licuerit / non libuit in eo
cognita & spectata est bonitas. Enarrare quidem non
possem quantope uniuersam ciuitatem in te conuer-
sam reppererim / q̃ amplissimis cõmendationibus te ac
nomen tuum ubicũq; sermo inciderit prosequantur /
q̃ satiari nequeant tuam iustitiam integritatem / abstinẽ
tiam moderationem humanitatem q; memorantes. Pre-
tereo illa que tibi cõmunia sunt cum multis. Hoc uõ
egregium & ut nũc sunt mores maxime luculentum /
quod te unum fuisse aiunt ex illo sanctissimo genere

hominum qui non putares predam tibi concessam, cũ
gubernatio subiecto4 demandaretur. Qui non uexatio-
nem æspoliationem hominum tue dictioni potestati q;
mandato4, sed tutelam æsublenationem tibi cõmissam
arbitrarere. Nolo quicq̃ meis litteris attingere nec ex
alio4 malefactis uirtutem tuam extollere. Sed tamen
uereor ea de causa hec a te obseruata homines in admi
rationem conuerterint quod rarissima sint huius pro-
bitatis integritatisq; exempla. Nam usq; adeo conuer
sa est res, tantũq; potuit cupiditatum uesania, ut im
punitatem & predam se nactos existiment, quibus ma-
gistratus & impia cõmittuntur. Ac si uera fateri uolum9
fasces & secures nostri temporis nichil aliud sunt q̃ mer
cimonia uel potius latrocinia questus & rapina4 causa
sceleratissime comparata. Itaq; illi maxime iustitiam uio-
lare didicerunt, quibus ad iustitie tutelam publice arma
gladiiq; traduntur. Quo quid puersius esse possit, non
equidem intelligo. Natura enim ita compatum est, ut
in rectoribus preponendis, populo4 tantum queratur utili
tas, punire maleficia, facinorosos absterrere, discordias
tollere, de cõmodo eo4 qui reguntur cogitare rapinas
dãna, iniurias, contumelias non solum non inferre, sed
etiam ne alter quisq̃ inferat prohibere abstinentia & in
tegritate in omnibus uti. Quid ergo scelestius, quid pro
ditioni similius .ꝰ q̃ ut ea facias ad que prohibenda custos
prefectus sis. At enim quid sibi habebit is qui magistratũ
gerit .ꝰ an non aliud qcq̃ nisi laborem regendi q; mole
stias .ꝰ habebit profecto & quidem rem maximam, omni

q; pecunia lucroq; potiorem. Id autem erit honor & gloria ad quem omnis pecunia compata uilescit. Cui autē hoc non satis est is nunq̄ bonus erit gubernator. Rectaq̄ partitio fuerit ut qui regūtur utilitatem, rectores ad honorem pcipiant, quod et ipsa que feruntur instrumēta declarant. Quid enim queso parant homines magistratū inituri? Vexilla credo & equos & stragulam uestem sagulaq; & parmas & lofos ac cetera eiuscemodi. que quidem omnia non pecunie captande sed splendoris ac magnificētie sunt instrumenta. At enim mercator questus gratia proficiscens, nil tale secum defert, sed libros & calculos.

Lucri igitur & honoris querendi diuersa admodum ratio est. diuersiq; apparatus, que duo nunc pleriq; confūdūt ad lucrum & pecuniam cuncta referentes. pinde in magistratibus, ut in mercimoniis questuosi. Tibi igitur gratulor qui uerum iter ingressus, non quantum pecunie sed quātum laudis ex magistratu referres cogitasti, quem neq; cupiditas animi ab ratione distraxerit neq; supbia ab eq̄ bilitate. Itaq; non alium tibi imitandum proponam, sed ut te ipm imiteris exhortor. Nichil enim tibi decrit ad laudem si te posthac prestiteris q̄ simillimum tui. Vale.

Leonardus Ruffo sal. Ad iii nonas apriles cum pisas uenissem obediens patribus qui p crebras me litteras euocarant: offendi rem conciliu opinione meliorem. Ita frequens iam multitudo conuit, & quidem excellentissimoꝝ hominum, tamq; in dies singulos cumulatur omnibus undiq; confluentibus ut uix suffectura hec urbs magnitudi-

ni conuentus uideatur. Collegio autem patrum nichil humanius nichilq; uigilantius. Expectantur brytañ nie epi, qui cum burdegaleñ prope diem affuturi dicuntur. Processus interea legitimi fiunt aduersus pontificem nostrum. Onem duram sed tamen necessariam. quando illo post malos suasores abiens promissa iurataq; cõtemnit. Alamannum archiepm pisanum propinquum tuum, hominem omni laude dignissimũ conuenio frequenter, ac de te sermo nobis creber est. Hec tibi scripsi potius ut litteras tuas elicerem, q̃ ut q̃cq̃ haberem, quod magnope nosse te uellem. Tu michi aliqd prolixius rescribas uolo, presertim de studiis tuis q̃ multo malim q̃ acta conciliĩ pdiscere. Vale.

LEonardus nicolao. Jn hac ipã hora cum tibi scribere pararem, littere tue michi reddite fuerunt, primo igitur dicam qd dicturus eram. deinde tuis respondebo. Bar. cremonensis michi hodie affirmauit, se ciceronis epas exuetustissima littera repperisse. Contempsi primo. mox cum magis, magisq; asseueraret, confestim domum eius usendi studio me corripui quo in loco michi ostenditur uolumen antiquissimum sane ac uenerandum, sed dum auide euoluo ac singula scrutor, inuenio epas ad brutum & ad. Q. fratrem eas uidelicet ipãs quas habemus, & septem dumtaxat ad atticum libros fuit id minus q̃ optarem. sed tamen opinor aliquantulum inierit lucri ad nostras emendandas. Illud satis constat quas antea habuimus ex eo uolumine non fuisse transcriptas, cum ibi nõ

plures q̃ ſeptem ad atticum libri. nos uõ ut opinor xiiii.
habeamus. Nonium marcellum dicit ſe in dies expe-
ctare. hec tibi nota facere conſtitueram prius. Nũc
ad litteras tuas de libro eligendo: utrũuis eliges bene
erit. et quos meo nomine habes. habebis ue/ queſo di-
ligenter conſerua. De auguſtiniano autem negotio
litteras uberioris expecto. Gorgiam p hunc ricciĩ
puerum tibi mitto. Tu ſi cõmode fieri poterit dab
opam ut q̃ celeriter tranſcribatur. vale piſtorii kl no-
uembrib;.

LEonardus nicolao. Quod de agathocyrio ſcribis: me
quidem in ea re quo minus reſpondere tibi apte que-
am prohibet conſideratio antiquĩ librariĩ: quem nec
eicere honeſte nec una retinere cõmode poſſum. Su-
ſpicor tamen hunc p ſe emigrandi conſilium ſumptu
rum: quod ſi faciet continuo agathocyrium uocabo.
Graccoꝝ uitam legit nunc antonius luſcus/ cum eam p
legerit ad te deferetur. Cum hec ſupiora iam exaraſ
ſem: alie michi littere tue delate fuerunt quas. xiiii.
kl martias ad me dederas. De agathocyrio ſatis ſupra
expreſſi. De gracchis qd cicero ſcripſerit/ non igno-
rabam. & eſt uaria apud illum relatio: ut alibi dep̃
mat illos alibi tollat. Nec id mirum/ cum et illoꝝ
acta fuerint uaria. Ab optimis enim initiis profectos
contentiones ciuiles longius euexere ut ſint que lau-
dari & que damnari poſſint. Ego tamen de his alias
ad te reſcribam plenius. hec ſatis ad litteras tuas. Sed
tu accipe que apud nos nouiora. Johannes grecus

miles bononiam uenit ad xi kt martias. Secum habet demetrium non poliorchitam sed poliorchomenon. et guarinum ueronensem. Hic ut quistare primo aduentu potui iuuenis est adprime eruditus: & qui tibi placere non ĩmerito possit. Miles satis habuit uestes portare: quae apud eum leuissime sunt. Nam libros quoniam grauiores esse uidebantur omnino reliqt. Manuel uõ chrysoloras nescire se aiunt ubi terrarũ siet. coniectari tamen illum in hispania esse. Vale.

LEonardus nicolao. Valde cupio mee ut aliquando littere tibi fastidio sint: non ob inconcinnitatem. nam id auertat iupiter: sed ob nimiam crebritatem, quod tamen nescio an unq̃ continget. Guarinus tibi presto aderit, quem presentem intueri ac pspicere licebit. Expectas iudicium meum: Ego & alias scripsi ad te & nunc magis etiam confirmo, eruditissimum michi uideri. et quem tu probare non ĩmerito possis. Illud pmolestum est qd miles libros attulit nullos. Graues esse putauit. Jpẽ uõ decreuerat nichil preter leuitates secum afferre. Jtaq; illos obmisit. Vestes autem nequaq̃ graui homine dignas attulit. Quare populus concursat, curia ridet. ego digito compesco labellum, et quo me uertam nescio. Vereor enim ut nũc mores sunt, ne ut olim chaldei ex urbe roma ita nunc greci ob has ineptias e curia pellantur. Mitte queso eos quos iã pridem flagito codicillos. Pro religioso autem illo qui religionis ptesus exire cupit, miror te usq; adeo uehementer annitu. Quasi uõ eius desiderium aut honestum aut

tollerabile

tollerabile uideri possit. Nam quod causas allegat. uelamen
ta qdem illa sunt inconstantie & uacillationis que quem
tu hec eadem allegare non putas. Itaq; ne me roga qso. Sed
siue rogabis / siue non: ego tamen nichil agam. Vale.

LEonardus nicolao. Nichil michi longius uisum est: q̃ ut
litteras tuas diu quidem intermissas reciperem. Quãq; le
niebatur desiderium meum spe propinqui reditus quẽ
in dies singulos dustuli & adhuc differre non desino. Hc
ad rem pro qua pontifica maximo supplicari uoluisti bre
uiter et pauca respondebo. Omnia ut spero consequemur
secundum sententiam et quidem intra paucissimos dies.
Data est enim forma ut ego cuncta in libellum redigam:
atq; una cum florentino cardinali (is est Zabarellus nr̃)
discutiam & censeam quid agendum sit. Non ego dubi
to qn ita arbitremur ut uos ipsi optatis. Vna dũtaxat
res admirationem pontifica dedit / quod religiosos ex ob
seruantia beati augustini dicit sibi antea inauditos. sed
nisi fallor id non oberit: uel quia replemus exempla uel
qa etiam si opus sit bonis in rebus nouum exemplum lau
dabiliter institui posse faciliter psuadebimus. Vale.

LEonardus poggio salutẽ. Ad xv. kl aprilis ãretio rediẽs
deflexi iter in patriam tuam. ibiq; parentes tuos uidi /
utrosq; sane incolumes. de sorore autem nup nupta itẽ
q; de ceteris tuis prospera michi retulerunt. Itaq; sũma
tim scribere tibi possum mor maioz: recte sunt apud te
omnia. Inde florentiam reuersus suscepi abste litteras

quibus & si longioribus uigiliis ita confectus ut dor
mire q̃ scribere prestet: tamen ut potero respondebo.
Primum igitur qd Zuccharum nostrum uirum omniũ
suauissimum facete ut solet dictitare scribis: me qdem
ut matrimonium consumarem abiisse. se uõ remansisse
ad patrimonium consumendum. id apte scias uerũ nõ
esse. Ego enim non matrimonium duũtaxat. sed patri
monium insup unius nuptiis consumpsi. Incredibile est
q̃ multa impendantur his nouis & iam ad fastidiũ usq;
deductis moribus. Nec ego nunc sane de conuiuiis
loquor. Quanq̃ acta est illa res a me non tibiis dispa
ribus ut est apud comicos sed paribus nec unius sed
pluribus. et aderat insuper pinciius cytharedõ nobilis
memini opinor qui apud mulieres quandoq; in con
uiuiis querebatur. qd ille sederent cum pinciius ere-
ctus staret. Hinc tu frequentiam existimare potes. Va-
cuefeci forum & aromatarias tabernas cocos. fartores
aucupes notos & ignotos pariter fatigaui. Vez hec licet
sint magna tamen non sunt magna propterea qd ru-
moris plus habent q̃ impense & plus strepitus inferũt
q̃ damni. Sed illa intolerabilia quod uestitu mũ
do q; muliebri nullus est finis. Vellem ut romani
statui quibus ex ueteri gloria nichil preter inanẽ
iactantiam remansit, aurum argentum, purpuram
margaritas, ceterumq; ornatum florentinaz muliez
conspicerent ut desinerent aliquando tam absurde de
seipsis opinari. Sed hec Zucharus noster efficacius
redarguet. nos ad reliquam partem litteraz tuaz ac

cedamus. Quod enim queris quēadmodum appellare
me in hac noua militia debeas: res gestas meas tibi bre-
uiter exponam. tu postea ut dignum putaueris uocita
to. Si militaniter loqui oportet, quoniam & tu hanc
nouam militiam dixisti sic accipe. Castra ad que ca
pienda ueneram prima uigilia adhortus expugnaui.
Victoria fuit non incruenta. In illis ego castris nunc in-
fideo. Quanq̄ die qdem uagor latissime, nocte tamen
in illa ipa castra reuersus, puigil ea custodio. Itaq; tu
siue ducem siue tribunum siue centurionem uti libet
appella. Si tamen audies me, caligatum militem uoci
tabis. non a caligis. nam illas lectum ingressurus statī
depono. sed a caligine oculoz. Sic enim iam uigilaui,
ut singula michi prospecta bina uideantur. Vale & zu
charum nostrum meo nomine saluere iubeto Itez ua
le florn. xv. kt aples.

No. facetiam
& modu; loqndi

Leonardus nicolao. Scripsi nup quid actum esset, qd
ue sperarem de negotio castancano. postea uō cum esse-
mus in summa ac firmissima opinione confectum iri,
supuenit oliuetanoz importuna postulatio. Statim illi ad
me p pontificem relecta sunt ac subinde simul audiri.
Abillis propinquitas locoz & multa que hactenus perpessi
ob uicinitatem fuerant dicebantur. Ego que cause nrē
profutura existimaui: in medium protuli. nec pretermis
sum est a me qcq̄. Nam & conformitatem regule, & uo-
luntatem prioris, sese ac locum ipsum subicere cupien-
tis, & desiderium insup tuum & tuoz & alia cuncta put
tempus patiebatur explicui. Nec fore uicinitatem ab

illis ptimescendam / cum pro malis bonos / pro neglecto-
ribus regularis obseruantie cultores professoresq; foret
in posterum habituri. Tandem ut oratores
uocant admisui pontificem enim obtestatus sum: ut
meum hoc negotium putaret iis siqdem amicitie uinclis
astrictam esse coniunctionem nostram ut nil possit abeo
presente me contra rem tuam statui, qn contra honorem
existimationemq; meam constitui uideretur. Auditus sū
diligenter a pontifice maximeq; eum mouere uisa est
ea pars in qua coniunctio nostra allegabatur. Deniq; o-
liuetanis palam edixit se inuito te nichil facturum.
proinde si confiderent iustitie postulationis sue tibi id
psuaderent. Nam & sibi postea fore psuasum. Cum ergo
illi ostenderent se apud te hoc facile impetraturos esse &
dicto pontifcis acqescerent postularunt ut supsederetur
in causa donec tecum agere possent quod non repu
gnante me illis concessum est. Tibi itaq; tributis est
honor meo iudicio maximus. Quid enim maius esse po
test q̃ a pontifice ipo ad te reiica? Dices ergo qd nuc
agam? Primum rogo te, ut quod deo futurum acce
ptius sit, id sequare. Deinde p tuas litteras pontifici
scribas qd uelis. Nam id fiet. Hec est quod scribere
formides. Ita enim scribas ut si ad me. Vnum preterea
non reticebo. Zabarellus noster contra atq; ego opina
bar totus pro oliuetanis est. Et affirmat se episcopus
florentinus cum esset locum ipm oliuetanis concedere
statuisse, ac si diutius in episcopatu pseuerasset, procul
dubio fuisse facturum. quod pontificem ex certo am-

bigium reddidit. Habes omnia. Et supsedebitur in causa
nec te inuito oliuetanis dabitur. Tuas litteras expectamus.
Hec que ad te scribo aliis quoq; qui una tecum scripserūt
referre poteris. Ego propter occupationes respondere illis
omitto. Vale viii kt Januarii Rome.

Leonardus nicolao. Quotiens abste litteras suscipio, totiens
stimulos suscipio ad studia litteraꝝ. Et enim studia mea in
hunc locum deducta, in quo neq; socium aliquem neq; pe-
ritum eaꝝdem reꝝ inuenire possunt, fatiscerent utiq; ac
ueluti arescerent nisi tu ꝑ tuas litteras ueluti faces quasdā
refrigerato ingenio admoueres. Per hos igitur dies cū otio
abundarem, orationem eschinis in ctesiphontem latinam
feci. Vtinam adesses: ut una illam legeremus. Et utilitas
quidem duplex proueniet. Nam cum ꝑ se ipā est luculen-
ta multisq; rhetoricis ornamentis picta: tum oratio illa de-
mosthenis quam olim conuerti, ꝗa huic respondet, multo
erit illustrior ex huius cognitione. Quo enim pacto excusa-
tio placere potest, si accusatio ignoretur. Hanc ego pretuli
ciceronis uite qđ ista oratoria nescio qua ratione me plu-
rimum oblectant. Atq; ut totum scias librum hic habeo
nullum preter hec ipsa que conuerto. Eaq; res michi inter-
dum obest. Nam sepe de uerbis ambigens ad quem recur-
ram habeo neminem. Heri me suspensum habuerunt duo
de quibus tē libroꝝ diuitem consulam. Aran greci dicūt
ut ita loquar maledictionem. Id uerbum michi non placet.
ꝗa nec elegantiam neq; dignitatem neq; sonum habet.
Dixi igitur imprecationem. Tu uide queso liuium, ubi

federa p fetiales ſolennibus uerbis pagit. Ibi opinor aliquid inuenies quod nobis ad expreſſionem eius uerbi ſufficiat. Preterea enages greca uocant eos qui aliquo terribili maximoq; deoꝝ iudicio ſic affecti ſunt, ut nec ipſis nec qui cum illis uerſantur proſperum qcq̃ eſſe poſſit. hos michi quo nomine appellem non ſane occurrit. Nam pollutos aut infauſtos dicere non omnino placet. Tu uide & ſapientiores ideſt libros conſule. Litteras caucii noſtri legi gaudens capram noſtrum eſſe non in columẽ modo ueꝝ etiam in culmine. Poſtq̃ hec ſcripſeram occurrit michi ut pro ara execrationem diceremus id opinor bonũ fuerit. Vale.

LEonardus nicolao. Cicero cum has orationes quas ego latinas feci conuertiſſet/ addidit proemium qđ perditis orationibus extare nunc etiam credo: & ſi non erro uideor meminiſſe. hoc ego uelim diligenter queſitũ ad me mittas: ut quantum ualeo ſũmo uiro propinquũ afferam. Placebit enim tibi eſchinis oratio. eſt enim

Vale.

SUbdam tibi unum locum oratorie dictum ab eſchine: ut aliqd deguſtationis tibi prebeatur. Poſt redargutionem mendacii cuiuſdam ſic inqt. Et enim hec demoſthenes precipuum habet. Nam alii quando mentiunt̃/ obſcura & indeterminata dicere conãtur/ redargutionẽ formidantes. Demoſthenes uõ aliquando mentitur p̃mum cum iureiurando mentitur/ ſibi euerſionem imprecatus. Deinde queclare ſcit nunq̃ eſſe futura/ ea aſſeuerare audet/ dinumerans dies & tempora & quoꝝ

corpora nunq̃ uidit, eoꝝ nomina enarrat: imitans eos
qui ueritatem dicunt. Quã obrem magno dignus est
odio: quod improbus cum sit bonoꝝ signa corrumpit. his
dictis decretum scribe legendum tradit. prolixius qdem
iliade uanius autem q̃ uerba que dicere consueuit et
q̃ uita eius plenum spe reꝝ nunq̃ futuraꝝ & exercituum
nunq̃ deligendoꝝ. Ab actis itaq; uobis longe a furto suo
& p uanas spes suspensis & reliqua. Item alio loco dicit.
Hic ergo uiri athenienses adulator eximius, cum p charide-
mi speculatores mortem philippi primus cognouisset, tur-
pi mendacio somnium deoꝝ sibi finxit: quasi nõ chari-
demus, sed iupiter & minerua hoc sibi nuntiassent, quos
postridie p iurans secum loqui p noctem, & futura predi-
cere affirmauit. ac septima die post mortem filie, uilis-
simus iste, ante luctu impletos, anteq̃ iusta fecisset, co-
rona & alba ueste assumpta ĩmolauit: cum illam amisis-
set, que prima ac sola patrem ipsum nuncupabat. Nec
infortuniium obicio, sed mores discutio. Qui enim filios
odit & malus est pater, nunq̃ bonus gubernator populi
esse potest. Nec is qui carissima & familiarissima corpora nõ
gliscit & fouet, unq̃uos alienos pluris existimabit. Nec q
priuatim est malus, unq̃ publice bonus esse potest. Nec
qui domi est improbus in macedonia atq; legatione pro-
bus foret, non enim mores sed locum mutauit. Tota oro
plena est his luminibus. Tu uide hanc degustationem
& cum nicola nostro examina. Vale aretii kl septẽbris.

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM LIBER QVARTVS INCIPIT.

LEONARDVS NICOLAO. QVANTAM LE
titiam uel potius uoluptatem michi attulerint
littere tue, in quibus choz illum gratiaz circa
puerum descripsisti uix satis dicere aut explica-
re ualerem. Deus faxit ut hec tua auguria non frustra
sint. Quod uõ totam fidem tuam ei prebuisse dicis gra
tias ago. Quod apud te nichil remansisse id fieri nullo
modo potest. Est enim fides diuina quedam res & amplis
sima, quam ut maximam alicui prebeas ita maximam
habeas. Nichil depit eius prebitione, nec dando alteri
minuitur sed augetur. Demosthenis uitam suscepi et
reliqua auide expecto. Crysoloras qui nup eam legit
miris laudibus elegantiam & conuersionis fidelitatem
extollit. Ei nos de fidelitate concedimus: de elegantia
refragamur. In tuo uolumine quasdam mendas depren
di, quas tibi emendandas censeo. Tu uideas rogo diligẽ
tius. Martiolinos tuos auide arripui. Nam hic nulli
sunt preter bubulos. Eos qui probat ualde dissentit a
Zuchari nrĩ iudicio, qui glutino dũtaxat & muribus il
los mandabat. Sed heus tu nouus hic mos ut patri mu
nera mittantur putabam satis esse puerpere missa. De
libris meis quos desiderare te scribis, iussi ut ip et uel omnes
tuo arbitrio depromi pmittãt. Vale ex urbe roma .vii. kl
ianuar Mcccxu.

LEonardus nicolao. Cum iohanne preposito insulensi q

: fides diuina quanta sit :

: mendas :

aliquot menſes apud nos fuit a rege francoꝝ legatus: uiro humaniſſimo atq; doctiſſimo, & ſtudioꝝ nrõꝝ ardentiſſimo. magna michi familiaritas eſt. Itaq; non potuit cũ me cognouerit te pro noſtra amicitia ignorare. Multa ſepius de me audiuit, p que licet te nũq̃ uiderit, tam ingenium & ſuauitatem tuam agnoſcit. cupitq; tecũ indelebilis amicitie federa ferire. non ceſſa porta ut reges illi priſca. ſed ceſſa & trucidata pedantaria cuius ipſe non omnino eſt expers. hunc igitur uirum obſe cro humaniſſime ſuſcipe. & bibliothecam tuam oſtende, ac ceteris officiis tuis proſequare. Cum enim multa ſe pe ut dixi audiuerit de me. cupio ut talem expiatur qualem fermo te meus illi polliciſus eſt. Vale ex urbe Roma idib; Januar̃. pedantaria.

L Eonardus nicolao ſal. Si que hic agantur que ue di cantur, te curare putarem, ſcriberem tibi acta concilii. & quotidianaꝝ reꝝ cõmentarios facerem. Sed ſite be ne noui, tu eiuſmodi mentis es ut non modo non cures iſta cognoſcere. uerꝝ etiam intereſſe tua arbitreris hec ut tu appellare ſoles tedia & deliramenta hominum igno rare. Eſt autem ut inuitantis opus ad guſtum cõuiuaꝝ epulas querere: ſic ſcribentis ad amicum conuenien tem eius deſiderio materiam ſumere. Quando igitur tu qdem delicatior es nec quecunq; cibum ſtoma chus tuus admittit multa etiam que ceteris placẽt faſtidit partmus ſane epulas guſtui tuo gratas. et quoniam noſtratia iſta contemnis, peregrina tibi ob ſonia congramus. Nichil itaq; tibi magis placituriũ Leo. Ar. peginario ab Italia in Conſtantiam ubi tunc erat concilium. Cõꝑ. obſonia.

p hec tempora arbitror q̃ si peregrinationem meã
tibi pscripsero. Accipe igitur non totam qdem nam
id qd expedit. sed ab italia. Veronam ad .v. kt de-
cembris cum satis mane uenissem, ibi eam diem ui-
sende urbis gratia (sunt enim non nulla antiqua & di-
gna uisu) commoratus, postridie prima luce secus a-
tesim fluuium ad alpes contendi. Vt igitur ad eum
locum puenimus, quo atisis in planos italie exit
campos, mirabilis prorsus res michi uisa est. Via
siquidem profundissima atq; arctissima inter duos
montes quasi de industria nature secata, p fauces
strictas ac sinuosas emanat, alpestris sane & supbus
ita ut murmure aquaz & impetu gurgitis proteruos
& ĩmanes eaz gentium mores a qbus fuit imitariui-
deatur. Inter fluuium & dexterum montem uix tan-
tum itineris est ut singuli equites ad plus transire pos-
sint. a sinistra uõ gurges montem pstringens aliũ
facit. Hinc atq; hinc uaste rupes geminiq; minantur
In celum scopuli. Eadem post ingressum longo itinere
facies est. Impendent enim hinc atq; hinc minacissi
me rupes. Profundus amnis inter eas labitur. Via
panguста inter rupes & alueum, celum uelut ex aliq̃
hiatu conspicitur. Montes saxa habent durissima qdẽ
atq; asperrima. Immo ipi toti montes nichil aliud stẽ
q̃ dura silex & marsepia cautes. Cedant iam cylicie
pyle. Cedant caudine furce romana clade nobilitate.
Satis enim sup q; michi constat uel unum homunculũ
supne stantem & saxa uoluentem, uniuersoz gallorz

Atisis.

Ita est. & testimonium per-
hibere possum. eqc. p. Iu-
nensis q tunc tpis ad dem
Concilium, pfectus uidi.
& miratus sum.

marsepia cautes.

& germanoꝝ impetum si transire conentur inhibere
posse. Per hanc uallem biduo profecti tridentum per
uenimus. Vrbem pro natura loci satis amenam. Nam
& supra & infra paulo patentiorem habet campum &
flumine ipō non indecore abluitur. In ea illud me-
rito quis miretur, qđ uiri mulieresq; & cetera multi
tudo intra una menia constituti alii italico alii germa
nico sermone utuntur. Vt qsq; enim regione urbis ha
bitat, uel ad italiam, uel ad ulteriorem galliam uersa
ta aut nostra aut illa utitur lingua. Atq; ego credo e-
uenire ut in contionibus & publicis consiliis alie nrō
alie barbarico sermone ab unius ciuitatis ciuibus sentē-
tie dicantur. A tridento aliquot milia passuum profe-
ctos quidam barbaroꝝ mos uehementer turbauit. Est
autem talis. Multa p rupes que fluuio īminent ca
stella sunt. ea tenentur a nobilibus. Vt igitur uiato-
res paulo plures numero conspicantur, cum iam alii ca-
stellis subsunt, repente ex arcubus cornua sonant, et
q̄ maxima fieri potest multitudo hominum ex menib;
& propugnaculis clamorem barbarum & hostilem ululā
tum extollit. Subita igitur re pculsi homines plurimū
trepidant, nec est quisq̄ ita constantis animi qui non
ea nouitate moueatur presertim in locis, uel de industa
ad latrocinandum electis. hunc morem barbariē & im
manem illi ualere putant ad custodiam rez suaz ma
gisq; ab iniuria tempaturos homines, si iam conspecta
& declamata se obseruari existiment. At ego michi p
hostilem terram iter facere uidebar. sepiusq; illud su-

. Virg in eneade ii. viij

bibat animum. Vt belli signum laurenti turnus abarce. Extulit & rauco crepuerunt cornua cantu, sed ad rẽ redeamus. Extridento tramenum uenimus uicum pulcherrimum atq; beatum in sinistro monte transamnem positum. Scopuli tamen supne terribiliter iminent. Vicus hic famosus est multitudine uinetoꝝ & bacchꝰ ut uidetur in primis sacer. Sunt enim ita multa uineta, ut nullo unq̃ in loco plura conspexerim. Solum ipsum in quo consite sunt uites, quibusdam in locis sic album est, ut niui similimum uideatur. Jd exeo accidit qd mons supne impendens marmoreus est. Jtaq; marmor confractum & in frusta decisum terram ubiq; contegens, albentem loci faciẽ reddit. Vini apud tramenum tanta copia oritur, ut in transalpinas usq; partes abundantiam afferat. Jnde maranum

. Tramenum .

. Maranum .

deuenimus, quod oppidum an uicum appellare debeam nescio. Omnia quippe sunt ad urbis sufficientiam preter q̃ qd menibus caret. Jd & trameno à marano opulentissimis locis. eo accidere puto qd ita preruptis rupibus subsunt, ut muro circundari non possint. A marano secus athisim profecti, tertia die ad iugum puenimus. Via est inter duos uertices, leuiter accliuis. Sũmitas planitiem habet, duosq; subinde lacus paruo inter se spatio distantes. Ex altero enim lacu athisis oritur qui in meridiem uergit. ex altero qui germaniam uersus aspicit fluuius manat q danubium influit. Jnum accole uocant. descensus ex eo iugo longe difficilior fuit q̃ ascensus. Via precipiti & arcta ac quibusdam in locis manu sarcta, longo anfractu p preruptas rupes quasi in baratrum ducit. A de

. danubius .

xtra parte uie mons ingens impendet. A sinistra preci
pitia sunt uel aspectu formidanda. Abietum sursum de
orsumq; incredibilis multitudo pinus insup siluestris,
cupressus, fraxini, fagi, orni, ac omne genus siluestris
materie. Ab eo iugo biduum p ualles profundas ac dif
ficiles subipōs montes progressi, ad aliud rursus iugū
puenimus, aqle montem barbari uocant. Huius montis
transitus longe omnium difficillimus atq; asprimus
fuit. Nam preterq̄ qd semp scandentibus arduum iter
habet. tunc niues omnia texerant quarp plerisq; in lo
cis supra. xx. pedes altitudo erat. Semita p medias ni
ues plantis uiatorp impressa non amplius uno pede lata
deducebat. Per eum callem homines facile gradiebant.
Nam & leuiores sunt & pedetentim incedunt. Equi uō mi
sere ac laboriose p frenos ducebantur. qui si uno uel al
tero pede semita excedebant in profundam niuem prolap
si imergebantur: nec nisi cum summo labore & periculo exi
mi poterant & ad semitam reduci. Hec difficultas tribus fe
re passuum milibus continuo nos afflixit, donec trāsgres
si iam uerticem descendere incepimus. Vt uel in eo uni
uersa huius itineris pericula difficultatesq; constituisse
affirmare ausim. Est autem latitudo alpium, qua nos
uter fecimus a faucibus athesis, quas supra demonstra
ui: ad transalpinum completum descensum: milia pas
suum circiter ducenta. Tanti autem montes tanti scopu
li, tam crebra & continuata dorsa tanta cacumina atq;
fastigia, tante magnitudines ubiq; insurgunt, ut ual
de mirandum uideatur, qd parens illa & fabricatrix

mundi natura cum eas fecit sibi uoluerit. Me qdē
eternas illas ac ꝑpetuas moles intuentem, horror qdā
& religio frequenter habebat & nūc item sine horrore
meminisse non possum. post transitum alpium uigīti
passuum milia profecti in oppidum uenimus nomine
ualchirchiū Id est opulentum atq; urbanum. edificia
habet spetiosa. Vinetis & pometis plurimum abundat
Inde postera die profecti procul ab eo loco septēmi
libus passuum. renum transiuimus. Flumen renu
oritur in alpibus non longe ab eo loco quo nos tran
situm fecimus ex sinistra manu. sed mox ad dextrā
uergens & suo gurgite & multoꝝ fluuiorꝝ incremētis
adiutum. ingens & robustum decurrit, inter orientē
& septētriones recto alueo conuersum. Aquam habet
medii coloris inter ceruleam & uiridem, cursum rapi
dum alueum arenosum, solidum tamen ita ut pedi
bus pressus uestigio non signetur. Hauí ad ulteriorem
ripam transuecti, dextrorsum relicto amne, ꝑ longam
planitiem ac palustre solum, ad castellum uenimus
nomine rinetium. Ibi rursus preter fluentem renum
offendimus. Nam uelut ꝑtesus prioris itineris, muta
to consilio, inter septētriones & occasum magis declinat,
ac paulo infra castellum stagnans, lacum facit. Hec
cum audissem: uidendi desiderio ductus eqs & fami
lia ꝑ terram ꝑtermissis, ipē scafa piscatoria conducta,
ꝑ fluuium ac ꝑ medium lacum constantiam traiecti.
Lacus est omnium amenissimus multaq; castella & ui
cos undequaq; ꝑ ripas habet. Aqua nitida fundo gla-

. Valchirchiuum .

. Renum .

. Rinetium .

reoso ac pſpicuo, piſces fert uarioſ qdem ac multiplices. ſed pro tanta aquaꝝ magnitudine, non admodum copioſos. Vigintiqnq; milib; paſſuum in longitudinem patet. Latitudo alibi ad decem, alibi ad qndecim milia paſſuum extenditur. In infima lacus parte conſtantia eſt. vrbs non magna ſed opulenta atq; formoſa. Cuius ꝓpter menia, renus lacu emergens rurſus in alueum redit. In eo pons eſt qui ab ipſius urbis porta ad germanos ptinet. Vltraq; pontem crebra edificia ſecus alteram fluuii ripam. De conſtantie antiqtate & origine: cum ſepe a quibuſdam ciuibuſ queſiſſem, nemo adhuc michi occurrit qui uel aníſu nomen & memoriam, nedum urbis tenere uideretur.

Ego tamen cum diligentius pſcrutarer tabulam inuení marmoreaam uetuſtas litteras continentem ex quib; apparet a conſtantio conſtantini pñe q a drocletiano & maximiano ceſar dictus eſt, hanc urbem nomen cepiſſe, cum prius uitudura nuncuparetur. Hanc tabulam nemo conſtantienſium legere ſcit, tenet q; uulgꝰ opinio eſſe, ſanctuarium quoddam precipue religionis. Itaq; mulierculę & cetera imperita turba, fricandis pcam manibus & ad faciem refricandis: iam litteras pene totas ex tabula deleuerunt, cum tamen ibi ſcripta ſint, non ſanctoꝝ xpi, ſed pſecutoꝝ xpiane fidei nomina. Mores quoq; & inſtituta ciuitatis (nam ea q̊q; res ad peregrinationis hiſtoriam attinet) oſtendere conabor. Singulis annis unus ex ciuibus ſuffragio creatur, apud quem ſúma poteſtas cum imperio ſit. hic

. Conſtantia .

. d origine ciuitatiſ Conſtantie .

. No. mores Conſtantienſiu .

. lictores.

non publicis edibus/ sed in priuata domo sua & consueta habitat. Siquando p urbem incedit lictores habet uirgas manu ferentes . Cetero autem habitu nichilo a reliqs differt ciuibus. hic in caput uniuscuiusq; animaduertendi potestatem habet. Si de homicidio de furto/ de rapinis de ueneficio de adulterio/ ac de ceteris criminibus agat/ astant in consilio ii quos sibi ciuitas deputauit. Rei ipsi in uinculis adducuntur. Ibi & accusatoribus & defensoribus dicendi contra reum & pro reo facultas datur. Auditis omnibus in sententiam itur. Si reus damnetur lictores magistratus supplicio afficiunt. Eodem ordine de ciuilibus causis cognoscitur. Apud hunc magistratum & eius consilium q̄a liberam iudicandi potestatem habent/ oratoria facultas plurimum ualet. Itaq; siqui diserti reperiuntur ii aduocati in ciuilibus & criminalibus causis adducti/ plurimū & gratia & dignitate possunt. Vniuersa hec ciuitas in duo genera diuisa est. Alii enim sunt equestris generis . Alii plebei. plebei mercaturis & officinis intendunt. Eqtes ueteribus patrimoniis contenti redditibus aluntur. & equestrem dignitatem obseruant. Siqs plebeius ditior factus ad equestrem locum peruenire tentaret ei nullo modo licere putāt. Nec nobilitas que in eo profanari & pollui dignitatem suam arbitratur. hoc eum facere pmittit. Ita p longa tempora uterq; ordo in suis finibus consistit. Cum eqtes ad mercaturas & sordidiora munera declinare/ in turpissimis sit: plebeio autem ad equestrem dignitatem se attollere nullo mō liceat/ nec nobilitas patiatur. Gubernatio tamen rei.p. cōmunis est plebeis & nobilibus. Vale. ii. kl Jan̄. ex cōstantia.

LEonardus poggio sal plur dicat. kl ipis ianuariis, du una cum nicolao nostro mulier cateruam, que apud templum conuenerat, ex consuetudine uiseremus, littere tue idibus decembris constantie scripte nobis reddite fuerunt uno atq; eodem fasciculo illigate. Meas confestim post habita uisendi cura, ad ipas templi ualuas (nam intus qde tenebrosius erat) cum plegissem: iocunditate magis et salubus tuis exhilaratus sum q rez ipaz que a te significabantur confusione pmotus. Etsi enim tam longa intercesserit mora, ut non maturitatem iam rebus, sed putredinem sane debuerit attulisse: tamen quo longius dilat est, eo celerius finem expecto. Molestissimam tamen esse tibi hanc nimiam tarditatem nequaq admiror. Hem pe ex molestia mea qui hic in meo sedens lectulo expectando discrucior tuam & alioz qui istic ut uere dicam tabescitis, sepe metior anxietatem. Qua quidem in re prude tie fuerit tue, ita ut te facturum scribis tolerantiam adhibere. Senatum uo nichil consuli, timere multa molestissimum est michi doleo q; & indignor huiusmodi dignitatis homines in hunc contemptum esse dilapsos. Dii uos respiciant. Quanq uereor eqdem mi poggi, ne illoz magna pars, hec ipsa & grauiora insup, ob supiora que referre piget errata merito atq; optimo iure ppeti uideatur. Sed hec alias & sepe coram. Nunc autem non mei solum, sed & tui ad quem scribitur, rationem puto michi habendam esse. Fecem piceni agri atq; flaminii in possessiones nostras scribis impetum fecisse. Orem acerbam. Quid ergo posthac non timendum? Jungentur iam grifes eqs

. salibus?

euoq; sequenti cum canibus timidi uenient ad pocula
damne. Ego preter hos & lunaticos expecto quod si fiat
uideo plane integram legionem. Quod me mones ne p
perem recte atq; ex officio arbitror te fecisse. Et si enim
patria domus familia quēadmodum debent plurimum
oblectant, tamen dulcissima recordatio curie & tot ami
coꝝ familiaritas sic interdum mouet animum: ut om
nibus post habitis aduolare cupiam. Contra hos itaq;
animi motus tuum opponam consilium. Atq; ut hi
qui ad certam horam expgisci uolunt, si nemo uigil ob
seruet, nec dum possunt qdem solicitudo animi quiescere
pmittat: sin aut obseruet qspiam, securi capiunt som
num, sic ego confisus pollicitatione tua, omnem solici
tudinem animi repellam. Nec nisi te uocante tempus
surgendi putabo. Quod autem de rebus meis certior fieri
postulas: ego ad studia id refero. Vereor eqdem ne in
sanire ceperim: ea scribere aggressus que supra meas
sunt uires. Exegi librum unum eumq; pgrandem in
quo longo discursu multa que ad historie nrē cognitio
nem ptinent explicaui. habet uarietas delectationem,
cognitio uō etiam utilitatem. Sed tantus est labor in q̄
rendis puestigandisq; rebus, ut iam plane me peniteat
incepisse. Insup ut tu nup in gallia orationes duas. M.
tullii quas secula nostra nunq̄ uiderant, tua diligētia
pquisitas repperisti: sic ego nup areti epistolam quan
dam eiusdem repperi, quam te nunq̄ uidisse certo scio.
Nea non sine stomacho tullius noster petrarce respondet.
Vale & me ama. Preterea .d. card florentino pisano &

placentino me cõmenda. Jte4 uale iiii non Jañ Mcccc xv.

De Inuentione librorũ antiquorũ & eũ studet et hortatur ut ad id insistat.

LEonardus poggio sat. Si uales bene ẽ ego qdem ualeo.
Legi apud nicolam nostrum litteras quas de hac ultima profectione ac de inuentione quo4dam libro4 scripsisti. Nec tantum de his sed et de optima spe quã pro cetero4 adeptione suscepisse te uideo letandum existimo. Erit profecto hec tua gloria ut amissa iam acpdita excellentium uiro4 scripta tuo labore ac diligentia seculo nostro restituas. Nec ea res nobis solum grata erit, sed posteris etiam nostris ideſt studio4 nostro4 successoribus. Neq; enim silebuntur ista, nec oblitterabuntur, sed extabit memoria. hec dudum longo interuallo pdita & iam plane deplorata, p tuam industriam recupata ac restituta nobis fuisse. Vtq; camillus secundus a romulo conditor dictus est, qd ille statuit urbẽ, hic amissam restituit, sic tu omnium que iam amissa tua uirtute ac diligentia nobis restituta fuerint, secundus auctor merito nuncupabere. Quare te hortatũ oratum q; maxime uelim, ne in hoc preclaro ope desideas sed erigas te atq; insistas. Nam rei pecuniarie tenuitas ne tibi impedimento sit, nostra hic iam prouidentia erit.
Atq; in hac inuentione tua, scio maius lucrum factũ esse q̃ tu sentire uidearis. Quintilianus enim prius lacer atq; discerptus cuncta membra sua pte recupabit. Vidi enim capita libro4. Totus est, cum uix nobis media pars & ea ipsa lacera supesset. O lucrum ingens o insperatum gaudium. Ego te marce fabi totum integrũ q; aspiciam.

Et quãtu tu michi tunc eris .ꝑ quẽ ego q̃uis lacerum crude
liter ora. Ora manuſq; ambas populataq; tempora/ raptis
auribus/ & truncos inhoneſto uulnere nares/ tamen prop
ter decorem tuum in delitiis habebam. Oro te poggi fac
me q̃ cito huius deſiderii compotem ut ſiqd humanitas
impendeat hunc prius uiderim q̃ e uita decedam. Nam
de aſconio quidem & flacco/ licet uterq; placeat nõ tamen
uſq; adeo laborandum exiſtimo quoꝝ ſi neuter unq̃ fuiſſet/
nichilo fere minus latinitas haberet. At quintilianus r̃
rhetorice pater & oratorie magr̃ eiuſmodi eſt ut cum tu
illum diuturno ac ferreo barbaroꝝ carcere liberatum huc
miſeris: omnes etrurie populi gratulatum concurrere de
beant. Miror q; te & illos qui tecum erant non ſtatim in
hunc manus auidas iniecriſſe ſed leuioribus ꝓſcribendis/
hunc poſthabuiſſe: quem ego poſt ciceronis de re.p. li
bros plurimum a latinis deſideratum & pre cunctis de
ploratum affirmare auſim. Proximum eſt ut te moneam
ne in his que hic habemus/ tempus teras/ ſed que nõ ha
bemus congras quoꝝ maxime uarronis & ciceronis opa
tibi propoſita ſint. Vale & me ama/ ac mediolanenſi aretino
q; preſulibus me cõmendatum facias. florẽtie idib; ſeptem
bris. Mcccc xvi.

Leonardus coruino ſalutem. Multiplices amoris cauſe michi
tecum ſunt & ſingule ni fallor pondus habentes. Quaꝝ illã
pro patrie honore principem dixerim/ quod nos una atq;
eadem ciuitas tulit. Jd uõ quãtu ſit & extimari oporteat/
tibi eruditiſſimo uiro ſcribens non aggrediar explicare: ne
te forte qui iſta multo melius noſti q̃ ego docere uoluiſſe

uidear.

uidear. Hec illud sane obmiserim qđ maiores tui, ut et in legibus & in ceteris publicas monimentis intueri licet, ita eminentissimi fuerunt ciues ut propensiorem beniuolentiam apud nos posterosq; nostros mereantur. Tu q; eorꝝ p̃stantia assecutus eum dignitatis gradum tuis uirtutibus meruisti, ut ad patriam quoq; gloria tua redundet. Accedit ad hec maximum profecto uinculum studiorꝝ nostrorꝝ unanimis cõ iunctio qđ ego in his humanitatis studiis delectatus sum, in quibus tu non mediocriter excellis & familiaritatẽ p̃n cipum secutus, in quibus tu etiam qđ sũme gaudeo floruisti llud quoq; me plurimum mouet, quod ab egregio adole scente poggio terranouano familiarissimo & amantissimo mei dudum pcepi quanto honore ipsum cum ad uos accessisset, uel solo meo nomine fueris prosecutus, cui etiam diuersoria michi splendidissime parata, qđ illuc uenturum putabas do mi tue ostendisti. Potest igitur non sũmus amor erga te michi existere, cum quo & tot uincula intercedunt efficacis sime coniunctionis & propensissima erga me conspecta affe ctio. Hec scripsisse nunc libuit, ne forte me ex taciturnita te mea ea que sunt ignorare coniectes: intelligasq; te hr̃e hominem amantissimum tui & sine ulla exceptione dedita ssimum tibi. Atq; ego plura scribere ea quoq; de causa sum adductus qđ nobilis uir franciscus brandalia conterraneus noster meo acceterorꝝ amicorꝝ non hortatu modo, sed impul su ad te uenit. Vir ut ex longa famliaritate ueritissimum af ferre testimonium ualeo, omnium optimus, ac nulla ex iis uirtutibus carens que nobilem decent uirum. Causa uõ im pellendi fuit, quod eius uirtutes otiose senescere ac nichil

agendo deficere interireq; dolebamus. preſertim cum
res familiaris non ampla illi ſit & magne familie onus,
magni etiam pro tuenda dignitate maiorꝫ ſumptus in-
cumberent. Cum igitur ita tibi cõmendo, ut nichil ma
gis me unq̃ capiturum eſſe exiſtimes. Ego ſi res eccleſi
aſtica non penitus obruta ac diſſipata eſſet, te hoc onere
uel liberaſſem omnino uel ſubleuaſſem. Cum uõ in eo ſta
tu ſit quem uides tuum erit munus hunc ciuem noſtrũ
tuo fauore ad aliquem locum ſuis uirtutibus dignum a
pud tuum principem promouere, quod ut facias te etiã
atq; etiam rogo. Vale florentie iiii kl decebris Mcccc xvi

LEonardus ſal dic̃ felici. Latior michi ad p uagandum
campus oſtenditur ſi amico tuo uiro eruditiſſimo reſpõ
dere prolixius uelim. Miratur enim ſeu potius querit,
ſi ciceronis genus in tullium regem uolſcoꝝ, uti ego
inuita eius pſcripſi referebatur, cur aut ſaluſtius humi
litatem generis illi obiecerit, aut ipe cicero reſpondẽs,
hanc originis ſue excellentiam conticuerit. Nam igno
raſſe quidem ſui generis primordia uirum omnium
doctiſſimum & antiqtatis curioſiſſimum, ueriſimile nõ
eſt. In his igitur unum uidetur quesitum. Sunt
autem plura. Non ſolum enim uerum ne ſit de gene
re ſcriptum: quod ad hyſtoriam attinet: ſed & dicendi
ratio poſtulari uidetur, qđ totum rhetoricẽ ſt. Re
ſpondebo itaq; ad omnia: ſed breuiter qdem, ne oſten
tare magis ipe me, q̃ ſatisfacere poſtulatis uoluiſſe
exiſtimer. Primum igitur in tullium uolſcoꝝ regem

ciceronis originem referri non ego ipē ex me, sed p̄ batissimos auctores secutus asserui. Omitto ceteros q̄ de cicerone scribentes hoc ipm testantur. Hyeronimus uir doctissimus & antiquar̄ rer̄ inprimis studiosus: ī libro de temporibus quem ab eusebio scriptum egreco transtulit & prosecutus est: cum ciceronis natalitia an notaret sic inqt. clxxviiii olimpiadis anno iiii. Ci cero arpini nascitur, matre olbia, p̄ē equestris ordi nis, ex regio uolscoꝝ genere. Plutarchus autem non solum genus regium, sed & regem ipm tullium auctо rem generis nominat, qui apud uolscos insigniter re gnauit. Jpē quoq; cicero ne forte amicus ille tuus igno rasse, hoc eum aut omnino reticuisse credat: idem quo dam loco scribit. Nam cum de philosopho antiquo et tullii regis coetaneo mentionem faceret, sic inquit. Fe recidus syrus primum dixit animos hominum esse sem piternos. Antiquus sane. fuit enim meo regnante gentili. Quis igitur ambigendi locus relinqtur. Cū & alii probatissimi auctores & cicero ipē hoc idem testetur. Restat ea dubitatio. cur aut ille obiecerit, aut iste non refellerit. Eqdem ab oratore non exigo, ut semper uerum inimico obiectet. Deinde si genus regium q̄uis ab initio splendidum in obscuritatem migrarat, res qdem talis erat ut ex utraq; parte ansam haberet, & ad laudem splendor generis. et ad uituperationē ob scuritas. dicentis autem est id assumere quod pro se sit & contra aduersarium. Jtaq; obscuritatem quā recte potuit obūcere in medium protulit. splendorem

¶ hieronimy attestatio sup natalicijs Ciceronis.

autem qui cõmendationis erat preterüt. Quanq̃ si recte
memini non tam obscuritatem salustius obiat q̃ nouitatem. Sic enim inquit. Vbi M. cicero ita gubernat ac moderatur: quasi unus reliquus ex familia scipionis africani. ac non reptitius & paulo ante insitus huic urbi ciuis. hec non obscuritatem generis sed nouitatem ciuitatis designant. Id ipm in historia clarius positum ab eodem salustio est. Vbi de cicerone ac de consulatus petitione loquens dicat, uelut pollui consulatum putabãt, si quãuis egregius, tamen nouus homo adeptus foret. Et catilina cum eam defendat. M. cicero inquinus urbis rome. hec omnia ut dixi nouitatem ciuitatis redarguunt non generis obscuritatem. Sed cur cicero ipe in refutandis aduersariis hoc reticet? Primo non obiciebatur obscuritas ut dixi, sed nouitas. Itaq; eius argumẽta nouitati respondebant. Nam si nullis preclaris rebus maiorũ suorũ in re.p. gestis cõmendabatur, ut scipiones ac metelli. At suis & propriis, quod prestantius erat. Preterea tacendi plures erant cause. Primo qd nomen regium apud romanos inuisum sane ac detestabile erat. Deinde qd arrogantiam inuidiamq; uitabat, que in ciuibus presertim nouis fastidiose & intolerabiles sunt. Illud insup accedebat qd rex ille inimicissimus populi romani fuerat. Non erat ergo prudentis consilii illum p ferre, ne ab hoste populi ro. originem traxisse diceretur. Itaq; callido consilio obscuritatem potius quã bonis rationibus in suarũ uirtutum laudem traducere poterat, obici patiebatur sibi. Vt & ego qui nouus florẽtie ciuis sum, si a castricio illo prestante

quidem duce, sed inimicissimo florentini populi originem traxissem. latere in plebecula mallem q̃ etiam generis auctorem egregie licet nobilitatis proferre. hec habui que responderem. vale.

LEonardus. P. turco sal. Vereor ne parum tibi respondẽ inamicitia uidear ex hac mea tarditate scribendi. Eam quelo suspitionem siquam forte cepisti, animo tuo erade. factis enim promptissimus sum uerbis autem tardus. id q; natura cum insit non facile dimoueri potest. Traditur autem ab his qui de amicitia scripserunt, in quibusdam ferendam esse amici naturam. Vt de scipione & lelio scriptum memini, cum in lelio quidem hilaritas esset in scipione autem uita tristior, ambitio maior, disparitatem mor; par uoluntas coniungebat animi. Nec tamen a lelio ut secum una letius esset scipio flagitatum est: nec si flagitasset ille prestare ualuisset. Quare tuum quoq; fuerit pro tua humanitate existimare amica animum ita affectu esse erga te ut debet, & si forsan facultas que inte pluri ma redundat deesse illi uideatur. Sed hec satis. nũc ue nio ad litteras tuas, quas nup aretio rediens florentie offe di. Q̃d Math albicius familiaris tuus, me subiratum tibi ex iudicio illo affirmauerit ualde eqdem admiror. nisi forte iocari tecum uoluit: q̃d non ex litteris tuis solum vez etiam ex illius uerbis coniecto. Erat una nicolaus noster cum ille in foro me conueniens te admodum litteris quas nup accepisses letatum esse, ac ploculenter scriptas existimare inqt: cupe deniq; certiorem fieri quisnam illas scripsisset, ac suspicari quidem de me. Ego ne, p̃ his

erade.

tibi subiraſcerer qui quod laculentum exiſtimas: a me-
ſcriptum exiſtimas.⁊ Æque maxime probas/ mea eſſe
coniectas.⁊ Contra eqdem ſi accidiſſet/ ut que elegã-
tiſſima tibi uiderentur/ ea eſſe mea diffideres/ grauiter
ferendum putarem. Atque optima reris eãdem mea
credidiſſe/ cuius tandem ſignum eſt/ niſi animi ma-
gnificentiſſime de me opinantis. Quãobrem tibi nõ mõ
qd poſtulas ueniam do. vez etiam gratias habeo. At
forſan grauiter tuliſti me dicendi genus non internoſ-
ſe. Primum id qdem leue eſt. Michi enim ſatis elegan
ter dicta uideri ſolent quecunq; bene dicuntur. Deiñ
qd ego noui/ utrum ille michi an ego illi in hoc genere
dicendi preſtem.⁊ Eqdem nullum alium exitum ſcripto⁊
meo⁊ unq̃ optaui q̃ ut ab iis quibus ſcribo uehementer
littere mee comprobentur/ qd illi accidiſſe uideo in iis
que ad te ſcripſit. Id ergo cum ille ſcribens aſſecutus
ſit/ quod ego aſſequi opto/ nichil eius litteris defuiſ-
ſe iudico. Aſſentior nichilominus tibi facilius nos af
fici laudibus noſtris/ q̃ ulla alia re. Quo ergo facilius
eo minori conatu opus eſt ad id quod uolumus aſſequẽ
dum. Nam & themiſtocles ille ſũmus uir/ quonã can
tu maxime delectaretur/ rogatus/ eiuſ inqt q laudes
meas apte concaneret. Vt ſi etiam in his pcenſendis
dulcedine laudis captus erraſſes uenia tibi ſit tribuen
da. Priſcianum quem poſtulas omnes tabernas librarias
pſcrutatus/ repire nondum potui. Admonui tamen q̃ſ-
dam familiares/ ut pquirant/ ſiqd emeret ad te illico
tranſmittam. Vale florñ ii non decembris Mcccc xvi.

LEonardus sal dic̃ poggio. Dedi nup ad te litteras philip
po nostro, in quibus sane prolixior fui. Nunc autem ni-
chil fere est, quod ad te scribam nisi hoc ipm qd tuas lit-
teras expecto. Flagito igitur quod adhuc non flagitaui,
ut nos crebrius de his rebus que istic geruntur cẽtiores
facere studeas. Nec ego a te acta solum exigo, sed qua
prudentia es, etiam spem rez futuraz. Scito etiam non
proceres modo uez etiam plebem, nichil tam p hec tem
pora curare, nec ulla de re cogitare ac loqui magis q̃ de
concilii excitu. Cum igitur hec solliciatudo sit alienis, qd
michi qui uerna sim fieri putas. Tu igitur me hac cura
subleua, et siqd de futuro pont̃ odorare sagacius pote
ris, significa. Siqd occultius fuerit annota
bis. Nudius tertius exemplum habuimus litteraz tuaz
a barbaro missum de hieronymi supplicio quaz elegan
tiam qdem ualde probo. Tu illi tamen plus tribuere ui
deris q̃ ego uellem: et si iudicium tuum sepe purgas,
tamen nescio qd maioris affectionis animi pre te fers.
Ego cautius de hisce rebus scribendum puto. Quintilianus
tuus laboriosissime emendatur, pmulta sunt enim in nr̃o
uetusto codice que addenda tuo uideantur. sed in qb;
locis uetustus deerat, hoc est in syncopis illis grandio
ribus, pleriscq; in locis insanabilis morbus est. Me pisa
no placentino & florentino cardinalibus cõmendabis. Va
le. florentie ii non aprilis.

LEonardus sal dic̃ francisco barbaro. Voluissem tibi preser
tim nunc primum scribere incipiens, seriosius aliqd &

tua dignum excellentia dignumq; studiis cõmunibus
afferre. Quanq̃ quid seriosius esse potest q̃ hominem
cui cautum esse uelis / p tuas litteras cõmendare: Ve4
aliud qddam scribendi genus latius fusiusq; optassem
Nam pro cõmendatione alicuius multa ad amicum scri
bere diffidentis quodãmodo uidetur esse. Ita si ube
riius extendas eptam, molesta prolixitas, sin intra le
gem coherceas, arida breuitas resultabit. Illa igitur
copia plena ut ita loquar cornu aliud in tempus serue
tur. In re autem qua de agere constitui. hec insunt.
Rainerius petri filius adolescens satis claro loco flore
tie ortus ac iuris ciuilis studiosus, non nulla uene
tiis negotia habet, que cum explicare cupiat & patro
cinium tuum q̃ sibi prodesse queat non ignoret: me
cum egit ut ipsum tibi p meas litteras cõmendarem.
Qualia uõ sint eius negotia & quẽadmodum iam pri
dem agitari cepta: & in hoc tempus pducta facilius
ab eo cognosces, nec ambigo qn statuas equissima ee

molesta, plyxitas.
arida breuitas

Cõmendamo? fauoem alcui.

Hunc igitur raynerium pro nostra amicitia tibi maiorẽ
in modum cõmendo: rogans ut eum tuo fauore et
auctoritate protegas & ab iniuria tutere. faciasq; ut
quod ille speranit, hanc meam cõmendationem, plurimũ
apud te ualuisse intelligat. Guarinum uirum suauissi
mum atq; optimum meo nomine saluere iubeto. Vale
florñ ii idus aplis.

L Eonardus salutem dic̃ petro miano. Prope diem ut opi
nor plura tibi scribam. Nunc autem unum scias uelim
me florentiam rediisse ad ii idus martias curia & curia

lubus rebus omnino relictis. Vtor autem solatio cum stu
dioꝝ que longa intermissa spatio auidissime repeto, tum
etiam familiarium antiquoꝝ, quoꝝ tanta dulcedo est ut
prope gratias me debere putem iis procellis, que ex altoab
reptum me in hunc uoluptatis amenitatisq; portum retu
lerunt. Quoniam uo michi iam pridem suasi omnia que
apud te sunt mea esse & que apud me tua, utar nunc
ea lege, precipue in libris quos tu dudum sūma cū libe
ralitate obtulisti. Vale & me ama.

Amicoꝝ omia
communia.

Leonardus nicolao. Salutum te aduenisse gaudeo, ac ex pisa
na celi grauitate ad salubres aretinoꝝ colles incolumem
euasisse, incredibilem de eo suscepi uoluptatem. Sed ista
coram inter nos agemus uberius. Nunc uenio ad epl̄am
tuam, quā cōmuni amicoꝝ decreto ais michi scripsisse. Ni
si istic ipē accessero, exercitum michi denuntiatis, & ducē
apud uos esse & regem quasi exhortaturi iactantes. Orhe
toricam contrariam. Vos ne me his minis terrere putatis:
& hoc adhibito metu ad ueniendum compellere. Videte q̄
etretis. Ego & si illico uenturus fuissem, tamen uel ex eo
īmorandum putarem ut tam preclara cohors diuersan apd
me compelleretur. Nam q̄d michi dulcius, q̄d optatius esse
esse posset, q̄ uidere domum meam tot simul claroꝝ uiroꝝ
& michi amicissimoꝝ contubernio honestatam. Et enim si hoc
in singulis semp optatissime fecimus, quanta uoluptatis ac
cumulatio foret, uniuersos ut ita dixerim amicissimos
uno agmine simul arripere. Itaq; ego uos oratos atq; ro
gatos uelim, ut hoc bellissimum ut uere dicam bellum,

qđ p litteras indicatis michi inferre non differatis. Eqdē
si has uras cōminationes facta putarem non uerba
et si supbum forsan uideri potest, tamen nunq̄ me pri-
us uenturum affirmarem q̄ uos huc accederetis. Vez
qa tarditas non nullorꝝ uestrum michi suspecta est
ego uenendi indutias postulo diez octo, qbus exactis
ad uos properabo. Causa indutiarꝝ est negotiorꝝ quor-
dam explicatio, quibus ita impedior, ut nulli rei uaca
re cōmode possim, ab esse certe p hosce dies nullo mō
licet. Deambulatiunculas uō ad inclita religionis loca
que finitima habetis postulo ut in aduentum meum
differatis. de poggiano thesauro coram. Libros ethicorꝝ
diuinissimos, ut ex integro rescribas, iam nunc te pa
ra. Vale mi dulcissime nicolae. Et in aduentu meo,
ut mecum ārretium uenias statue. Jtez uale ārretu
vi kl octobr̄.

deambulatiunculas

Leonardus laurentio sal. Redditę sunt paulo antem
littere tue, non modo officii plene, sed beniuolētie ca
ritatis & sollicitudinis onuste. Pro quibus qd ego nuc
tibi gratias agam? cum familiaritas nostra, nichil
non ab alterutro promereatur. Vez ut ad sollicitudi
nem tuam ac prestantissimi uiri rainaldi ueniam, ni
chil est profecto ex quo formidinem suscipe debeatis.
Vel qa locus non multum periculi habet, uel qa psona
non multum damni. Vigilabo tamen. & ero ipse salu
tis mee qualiscunq; tandem fim ob tuas adhortatio
nes curiosior. ac si forte locus infestus esse pget con
festim abibo. De nicolao recte michi nuntiasti & siqd

in diem habueris / oro mihi diligenter significes. Fines
bonoꝝ a te expecto. nam aristotelis ethica que traducẽ
cepam nup absolui / ea cum expolire nunc cuplam / ci
cerone ac finibus illis opus est. Vale ac Rainaldum
meo nomine saluere iubeto. Jtez uale.

LEonardus Guarino ueronensi pl sal dicit. Legi hodie
litteras barbari nrĩ prestantissimi & disertissimi uiri q̃s
laurentio cretensi cancellario sub apologie uocabulo gra
uiter simul ornateq; rescripsit. Quibus & si magnope
delectatus sum (nichil est enim ab illo p̃termissum q̃
minus accumulate illius caluñiis responsum arbitrer:)
tamen qa cõmunis est accusatio ac me quoq; qui eidẽ
laurentio amicus ac iam pridem notus sum / cupio ipẽ
quoq; pro uirili mea censori & correptori nrõ respondẽ.
Res profecto ni fallor pmagna agitur. utrum nos om
nes an ille unus deliret. Jtaq; te maiorem in modũ
rogo / ut exemplum litteraꝝ quas laurentius barba
ro scripsit / mihi transmittere procures. Vt uideam an
rationes eius tales sint / que me penitere cogant tẽporis
hisce studiis impensi / & ad obliuionem haꝝ litteraꝝ
quasi inutilium prouocent: uel ipẽ potius sui erroris
cõmonefactus bonis rationibus tacere compellatur. Sed
dices num tibi barbarus noster satisfecit. Abunde
profecto. Sed ut presens contentioni adessem / q̃uis
barbarus supior foret / ego tamen non tacendum mihi
putarem / sed aliqd ipẽ quoq; dicerem quo meam in eã
partem declararem sententiam / sic & nunc quãq̃ ipm

longe uictorem puto/ tamen contra officium arbitror esse
ut taceam. nec ipē quoq; simul aliqd pro causa prefertim
mea dicam. Preterea his diebus uictus longo & continua
to tedio quoꝝdam hominum qui boni haberi uolunt/ cum
sint mali/ oratiunculam ueteri more pscriptam in illos edi
di/ quam nunc ad te mitto. Tu cura ut aliqd reꝝ tuaꝝ ma
iori mensura michi reddas. Vale florn kl aprilis.

LEonardus poggio. litteras tuas p breues accepi transmissas
michi a nicola nostro. Eum qui detulit conueniendi ac rogan
di non fuit facultas. Nam aretii sum cum meaꝝ reꝝ curan
daꝝ gratia/ tum etiam uitande pestis uel potius suspitionis.
Nam illa qdem adhuc talis est/ ut terreat magis q̄ ledat eos
qui florentie habitant. Hac igitur de causa illum q detulit cō
uenire non potui. Quanq̄ in amaltea saturnino cetera cō
iecto. O rem acerbam. Etsi de patribus non tam eq dē la
boro q̄ de plebe. Quicqd delirant reges plectuntur achiui.
Seditione dolis scelere libidine & ira iliacos intra muros
peccatur & extra. Accepam & alias tuas litteras triduo
an q̄ florentia abirem/ in quibus p molestum sane id fuit.
qd cōmentariolum illud quod michi te mittere cum litte
ris significabas/ nusq̄ reptum est. neq; catalogos ille li
broꝝ iudex. Omnia pdita p uiam aiebant/ qn & apta si
gnata q; diplomata uenisse. Qd autem in illis me pcōnta
ns/ num & alie tue littere quas ante profectionem tuam
dederas michi reddite fuerint/ si de üs rogas litteris: ī
quibus reprehensiones stultissimi ac uilissimi hominis cō
tinebantur/ ne dubita iam pridem ille michi reddite

fuerunt. Risiq; potius illius stultitiam q̃ animo cõmotus sum. Nam eius stuporem mentis: ac uelut fanaticam uesaniam iam pridem prospexeram. Itaq; non michi noua res est. Scripsisse autem nunc illa ipsa que mente uesana atq; distorta gerebat, quanti faciendum putas? cum uel nulli unq̃ lecturi sint: uel si legerint aliqui in ipã scribendi ineptitudine nullitatem eius cognituri. Ille certe ne illa ipã que reprehendere conatur intelligit, & que fatur puerilia sunt & pene infantia. Itaq; illum omnino spno atq; contemno, nec dignum responsione mea duco. Tu uale & me ama, & quid istic agatur crebro significa. Ite4 uale. Aretii Idib; Iuniis.

Epõ senẽ.

Vem non delectet humanitas & mansuetudo tua, q ante q̃ de negligentia me quẽadmodum poteras accusares, rationem excusationis mee tu ipẽ attulisti. Cum enim te iam pridem admirari diceres, quod ego nichil omnino ad te scripsissem, illud statim addidisti, te putare non alia causa q̃ occupationibus meis id accidisse. Itaq; cũ id tue sapientie psuasum sit, quod ego maxime psuasũ esse cupio, tacere forsan in hac parte prestaret, quod & faceremus nihil mea excusatio, partim ambitiosa partim incredibilis uideretur, Ambitiosa si me occupatissimum predicem. Incredibilis: si non potuisse scribere asseuerem. Pauca igitur ad hanc ipam defensionem tuam ex meo ad dam, quo diluciduis ea intelligatur. Fuerunt michi q dem occupationes & sunt, sed nequaq̃ tante, ut scribere non ualerem, presertim cum omnis occupatio mea instu-

diis litteraꝝ uersetur. Cur non scripserim: audi queso
patienter. Ego te semp eum hominem putaui, cui non
nisi magna quedam & preclara ac digna tua grauitate
auctoritateq; conuenirent. Cum igitur post naufragi-
um illud gubernatoris nrī, ad studia litteraꝝ me tan-
q̄ in portum quēdam optatissimum retulissem: scriben-
da quedam ac mandanda litteris assumpsi. Ad hec e-
go quātum otii est, totum confero nec libenter diuerto.
C redo & aliis euenire qd dicam. sed michi ut affirmare
possum, haud dubie euenit. difficulter resūmo qd semel
abrupi. At te ergo quoniam grauiora quedam tua
auctoritas postulat: ne abinceptis diuerterer scribere
supsedi. Poteram certe leuiora quedam. sed ea indigna
tuo nomine arbitrabar. Grauiora uō & expolitiora sī-
ne intermissione ceptoꝝ scribere non dabatur. hec est
defensionis mee ratio paulo explicatior q̄ a te sit dicta.
Quod autem te æoptime contentum & in qete constitutū
significas: ob id te longe beatiorem puto q̄ cum in ma-
gnis rebus agendis magnisq; negotiis oppressum cater-
ua hominum intuebar. Otia enim negotiis longe sunt
preferenda cum hec finis sint, illa ad finem. Nego-
tiamur enim ut otiemur, & bellum gerimus ut in pa-
ce degamus. Quod si otia pferenda sunt, & hec certe
uita qeta & tranqlla laboriose illi & occupate. Ad quā
nisi aut honoris ambitio aut pecuniaꝝ cupiditas im-
pelleret, quis tandem nostrum illam suscipiendam cen
seat, ac non uelis remisq; fugiendam? Qui autem in o-
tio contenti non sunt, otium ipm ut ita loquar pdunt.

. Oia negociis pferenda sunt.

imo nec sunt otiosi, sed potissima sui parte ideſt mente & animo infestantur, ac longe rapiuntur. Tu ergo cum utrunq; nactus sis: gaude queso & felicitate tua diutius fruare. Quod si te forsan aut pontificis iussus aut uoluntas tua in curiam atq; in illum estum negotiorum retulerit: ipē te ubiq; amabo. Primum tamen sanius consilium est. quod utinam & ego tenere possim. Vale:

LEonardus francisco barbaro sal pl dicit. Redeunti michi ex agro aretino, littere tue presto affuere: atq; ut de eo ipō qui illas reddidit cognoui complures ante dies florētie sic reditum meum prestolate fuerant, ut iam longiorem moram incusarent. Ego autem eo diutius illis in locis detentus sum, quo iam supra biennium grassante pestilentia facultatem adeundi non satis habueram. Qua re auidius incumbens ita delectabar: ut pene iam urbis me haberet obliuio. Hunc autem & nitorem litteraꝝ tuaꝝ, & sūmā humanitate tua ad meliora reuocor studia Etsi enim agriculturam ualde eqdem probo, nichilominus illa stat sententia: me uō dulces nutriant anteoīa muse. Quid enim cum musaꝝ suauitate pan & siluanus possint conferre. In hoc igitur genere & audire eruditissimas uoces tuas & reddere ipse meas optaui equidem atq; opto, presertim cum mutuo in amore familiaritate q; iam pridem inter nos suscepta, silentium hoc quod adhuc intercesserit culpandum potius q̄ laudandum uideretur Quod autem te ad sacras litteras maiore impetu & attentiore animo conferre significas, in eo sapientiam grauita

tem q; tuam indeficibili laude cõmendandam duco. Si enim omnes muse qd supra diximus dulces sunt, quanto ille magis que uere sunt muse? Etsi uox poete in re ficta delectat. quanto magis uox dei delectabit in uera? Et si precepta hominum discentibus prosunt: quanto magis proderunt diuina? Quare te currentem ut uideo uehementer cohortor ad huius optimi pfectissimi q; opis insudationem. Casum uõ grauissimum amantissimi fratris ĩcommoda q; exinde suscepta & tua moderatione & illaq; litteraq; solatio leuare debes. Vale florñ Jdib; decembris.

LEnardus sal dicat Johannino. Tris eptas tuas unum fere sub tempus accepi. quibus anteq̃ respondeo iuuat pfari atq; premonere ea uidelicet ipa que meus erga te amor ac patrie caritas exposcat. Multum igitur hoc breui tempore quo a nobis abfuisti: te profecisse statuo. si qdem in tanta ciuitate recentem adhuc & modo aduenam non nulli prestantes uiri in societatem susceperint. Quoq; gratiam tuere queso diligenter atq; annitere. ut eos bene promerendo in amorem tuum q̃ maxime uertas. Jd tu si quẽadmodum spero assequare quod tandem lucrum cum hoc lucro existimem comparandum? Illud preterea moneo ut istic degens congescere animo uelis. nec eoq; que hic reliquisti desiderio torqueri. quod nisi feceris nichil de te laudabile unq̃ prestabis. Quid enim cor anxium & merens exhibere aut sibi ipsi aut alteri potest? Cogita igitur non tam domesticos q̃ impias tuoq; molestias domi reliquisse. Vrbem at

nunc incolere opulentissimam / ornatissimam / et in qua
nichil molestiaz insit nisi forte quas tu ipse stulta molli
tie tibi ultro suggesseris . hec ego que sentiebam de pso-
nis & urbe cõmonefaciendа putaui . Nunc uenio ad epias
tuas . Mea nescio que istic repta qđ admirare / qđ q; a ce-
teris ea laudari predicas . aiunt fortasse homines sed non
ego credulus illis . Nam neq; me uaro uidet neq; dicen-
cinna Digna sed argutos inter strepere anser olores . De
epistolis autem quas aliox uoluminibus inserias deprehẽ
disti / ne fer queso te id quidem moleste . Satis enim ho
noris ille quisqs fuerit meis detulit / quod inter suas
quas bonas putauit collocare dignatus est . Cõmentaria
uõ primi belli punici que flagitas ad te prope diem trãs
mittam . Quod autem me consulis de re illa tua : michi
una salus uidetur / ut fortem nunc te constantemq; pre-
stes . Etsi scio q̃ difficile sit non recti animo / presertim
tibi qui es natura mollissimus . Sed tamen ut mea fert o-
pinio / aut nichil unq̃ aut taciturnitas tua illoz uesaniã
confringet . errantesq; & demios in orbitam reducet . Quod
si indices te pati non posse : eludent . Vale florñ . u . kl fe
brñ . M cccc xxi .

PJlleo archiepõ genuensi Leonardus sat pl dicit . Facile reco-
gnoui litteras tuas doctissime simul optimeq; antistes .
Erant quippe ea facundia sapientia q; pscripte ut ex tuo
potissimum iudicio manasse uiderentur . Atq; ut natura
fit cum altez dicentem audias quod tu maxime probes /
ut ualde assentiamur . sic ego tue illi de lectione studioq;
sententie uehementer assensi . Sic enim michi quoq; pspi-

cere uisus sum aut nichil humanaz rez, aduersus a
nimi egritudinem ualere posse, aut unicum in litteris
studiisq; esse refugium, quas qui fastidiunt & contem
nunt, uere pureq; uoluptatis gustum non habent. Tu
igitur iis incumbe ut facis: presertim cum nulla res
dignior sit homine sapienti, & in ea qua tu es digni
te constituto. Quod autem de libris scribundis rogas:
non deerit tibi diligentia mea. Vez admirabilis est
apud nos eius rei penuria. Nam & studiosi pmulti
sunt, & qui mercede scribant, admodum pauci. Ego
tamen quo tibi morem geram, scrutatus omnia cum
tandem nichil repirem, excoraui quẽdam ex familia
ribus meis, ut libros quosdam sui ipsius gratia quos ille
scripserat uenũdaret. Sunt autem ethicoz libri, qs
nup traduxi, & cõmentaria primi belli punici, cum
quibusdam orationibus demosthenis, et economicoz
libro, sat ut michi primo aspectu uisum est emẽdate
pscripti. hec emere licebit. Tu igitur ciuis genuen
sium tuoz, qui hic negotiantur cõmittere poteris, ut
libros excipiat ac pretium decens pro illis exsoluat. Va
le. v. id. febr florẽ.

L Eonardus Johanni. Expecto langustum illum tuum,
ac litteras eius, presertim sicut michi pstiadeo festiuissi
me sunt future. Me profecto epicureum litteraz fa
ctum esse scito uoluptatem in illis festiuitatemq; con
fector. Quocirca iubeas uelim siquas ad me missurus
ẽ, iocunditate ut illas salubusq; respgat. Judicium illd
tibi pmolestum totamq; stultoz hominum uanilo-

quentiam/ uix unius assis existimandam puto. Adde etiam si placet rhetorem illum eloquentie hostem. An tu his me censuris cōmoueri putas que ab hominibus pay acutis/ ac stulte sibi ipsis iudicandi peritiam arroganti bus/ proferuntur? fieri non potest/ q̄n ut q̄sq; sapit ita sentiat. Sed & nostrum nobis iudicium est quo magis nitimur q̄ alieno. Nisi forte appellem aut prothogenē/ q̄d rectum amenumq; in pictura foret/ non ex suo potius iudicio q̄ ex alioy opinionibus statuisse credamus.

Quanq̄ est quidem abste non satis acute causa mea defensa aduersus constantinopolitanum. Quid enim opus fuit ad ciceronem allegare hanc quecunq; est in nobis rey moralium notitiam? Quasi uō aristoteles ipē ab studio nrō fuerit alienus. cuius libros in adolescentia sic audiuimus/ vt etiam publice de his disputationes ex ordine studioy sustineremus. Biennio certe toto ab optimis illius discipline magistris incredibili auiditate imbuti sumus. hec ego fundamenta cum in adolescentia iecerim: quis iuste admiretur/ si nunc aliq̄d excedificatum a me sit? Aut quis nouum me ad hec sacra uenisse dicat/ quibus ego ab ipā puericia fuerim initiatus? Sed hec satis plura etiam q̄ satis desere enim ipō omnis sermo grauissimus est. Attamen silere aliqn non licet/ ita multi occursant/ partim inuidi/ partim arrogantes partim despientes. Venio nunc ad id q̄d p supiores litteras de cōmentariis flagitastu. Ego quescisse queq; memoratu digna existimaui in eos libros congessi/ neq; ueto quominus si quis plura teneat/ plu

ra ſcribat. Cõmentaria tamen ab hiſtoria multum dif
ferunt. Illa enim amplior ac diligentior eſt. hec con
tractiora & minus explicata. Liuius quoq; in romuli &
hoſtilii & tarquini regum romanoꝝ geſtis referendis nõ
annos proſequitur ſed reꝝ ſũmam. Idem polybius fa
cit etipſe quidem probatus auctor cuius auctoritatem
ſecuti ſumus. Vale Florẽtie.

LEonardus poggio ſaluꝫ. Nichil omnino ſtatuo duobus no
bis fieri potuiſſe ſtultius cum hac noſtro importuno ſilẽ
tio. Sed qa illa iam corrigi non poſſunt preteriti defectus
temporis futuri exuberantia compenſemus. Vnum tamen
non ignores uolo: me phoc ipm ſilentium grandem tibi
eplam pſcripſiſſe excitatum litteris tuis quas ad nicola
um noſtrum miſiſti de controuerſia nicolai. Inquib;
cum te falſa illius ſuggeſtione deceptum animaduerte
rem totam rem ueriſſime ſinceriſſimeq; patefactam tuo
examini cenſureq; ſubieci. Eas uideo te litteras nõ ac
cepiſſe. Itaq; congram nunc rurſus illas tibi q; remit
tam. Negotium meum qd apud maximum pontificem
curans: michi ſume eſt uoluptati. Perſpexi enim in te
& amica fidem & ſapientis hominis conſilium & impigri ui
gilantiſq; ſolertiam. Quod autem hortaris ut ad pontifi
cem ſcribam faciam ut moneſ. Antonio luſco & ancio ſo
dalibus noſtris meo nomine gratias agito ſaluereq; iu
beto. Vale. x. kl martii Areti.

LEonardus demetrio. Tria ut ex litteris tuis animaduer

tere

tere potui. a te in crimen uocantur/ ex illa prefatione
mea quam in libris ethicoꝝ adscripsi. Vnum qd aristote
lem de eloquentia cõmendarim quem tu asseris nec
eloquentem fuisse unq̃ neq; curauisse quidem ut elo-
quens esset. Alteꝝ quod interpretem illum/ qui ante me
hunc librum traduxit/ ordinis predicatoꝝ fuisse dixerim.
tu uõ antigoren interpretationem eius libri putas esse: q̃
ordinem ipsum ex quo fuisse affirmo. Tertium qd huic ipsi
interpreti maledixerim indignaris. Sunt et alia quedam in
literis tuis/ sed me hercle ita caliginose scripta: ut sensum
eruere nullo modo potuerim/ et illa ipsa que supra retuli: al
lucinando potius deprehendi te dicere uelle q̃ tu dicas. Ad
hec igitur tria nũc: ad alia uõ si forsan id cupies/ cum apti⁹
scribes respondebo. Primum igitur de aristotele uehementer
erras An non curauit ille ut eloquens esset:⁹ Nam utrũ
fuerit mox uidebo/ sed ita curauisse illum constat ut nemi
nem magis. Testes sunt artes rhetorice ab eodem philosopho
labore sumo diligentia q; pscripte/ nec semel tantum sed
rursus atq; iteꝝ pluribus uoluminibus explicate. Nec ẽ
q̃q̃ in ea facultate quod non illum non modo pro se dixi
isse: sed etiam alios docere uoluisse apparet. Tanta uõ
in eo cura eloquentie fuit/ ut etiam minutissima queq; scru
tari & indagari niteretur. Quis enim queso ante hunc pe
des & syllabas etiam soluta in oratione seruandos ostendit:⁹
ut dactilum iambumq; reiiceret. Alteꝝ ut elatum nimis:
alteꝝ ut depressum. Peana uõ illum duplicem probaret
qui est aut ex longa quam tres breues subsequuntur: aut
ex tribus brevibus & longa postrema: quoꝝ alteꝝ pncipiis

pbat Aristotelem fuisse eloquentem

altez clauſulis aſſignauit. An non curauuſſe illum dicas: ut eloquens eſſet, qui eloquentie artes tam curioſe pſcripſit: et minutiſſima quecq; tanta diligentia p ſecutus eſt. Atq; ego certiſſime ſcio, nec te nec prece ptorem illum, hominem utaudio magna thologie ſcientia, ſed nullaz penitus litteraz, qd ſit pean, qd ambitus intelligere nullum deniq; ueſtigium eloquentie intueri. Hec id ſane in uobis reprehendo. Non eſt enim iuſq; iſta diſcernere. Sed id reprehendo, qd tam leuiter de rebus uobis incognitis iudicium proferatis. Fal ſum eſt igitur quod ſcribis non curauiſſe illum ut eloquens eſſet. Sed an fuerit eloquens uidendum eſt. Nã fieri poteſt ut curauerit qdem, nec tamen ſit eloquentiam conſecutus. Eqdem quantum eſt in me iudicii, non uideo quomodo iis de rebus quas ariſtoteles tractauit: aut aptius, aut ſuauius: aut copioſius ſcribere quiſq̃ potuerit. Lege eius libros, nec morales ſolum & ciuiles in quibus eloquentia magis coheret: ſed eos qui aut phyſica aut metaphyſica ſcribuntur, inuenies locos nullius eloquentie capaces, eloquentiſſime ab eo tractatos, rebuſq; obſcuriſſimis ſplendorem & claritatem p eloquentiam attuliſſe. De quo ſi non michi credere uis: at ciceroni credas. quanq̃ nec tu forſan cicero q fuerit intelligis: Ego q; fatuus ſum qui tecum iſta diſſero. ſed tamen cicero uir acerrimi iudicii ſũmus ipẽ orator ſuauitatem & copiam & omnia ſcribendi ornamenta ariſtoteli tribuit. flumenq; aureum illius ſcripta appellat. Ex quo magis tranſlatoribus iſtis indiſertis iraſci ſoleo

quod huius philosophi libros admirabili facundia suauitate q; in greco scriptos tam absone nobis conuerterunt.
Sed non sunt illi aristotelis libri, nec si uiuat ipse, suos esse uelit, sed mere conuersoy ineptie. Ille enim & poli tissimus scriptor esse uoluit & quod uoluit curauit, et quod curauit assecutus est. Quid ergo me in crimen uocas? Quid eloquentissimum philosophum infantie condemnas? An infantie
non pudet de rebus tibi incognitis ita leuiter asseuerare?
Sed satis de hoc. ad aliud transeamus. Eum qui librum ethicoy ante me conuertit ordinis predicatoy fuisse dixi. hoc tu ita derides, quasi erratum manifestum. Ecce rursus fatua crassaq; opinio uix pueris digna. Putas enim interpretationem illam boetii fuisse quadem in re p q̃ pueriliter aberras. Nullam enim boetii interpretationem habemus, preter q̃ porphyrii & predicamentoy & perihermenias libroy, quos si accurate leges, uidebis sũmum illum uirũ sine ullis ineptiis libros illos transtulisse. Textus est nitidus & planus & greco respondens. At enim in ethicis & physicis, quid tandem est preter ineptias meras? Non uerba in his latina, non dicendi figura, non eruditio litteray. Preterea ab ipõ greco male accepta complurĩa. hec a boetio longe absunt uiro in utraq; lingua docto & eleganti. Nunq̃ ille architectonicam, nunq̃ eutrapeliam, nunq̃ homolchos nunq̃ agricos: quoy uocabula in latino habemus grece reliqsset. nunq̃ tristitiam pro dolore posuisset. nunq̃ honestum cum bono, eligẽ cum expetere confudisset. Atq; ut scias due fuerunt ante me: qd eqdem uiderim interpretationes ethicoy

Vna quam ex arabe lingua traductam constat post auerois philosophi tempora que quoniam anterior est uetus appellatur. altera hec posterior & nouior a brytāno quodā traducta. cuius etiam proemium legimus in quo & frem se ordinis predicatoꝝ scribit & rogatu confratrum de his transferendis laborem suscepisse. Quomō igitur interpretatio ista prius fuit q̄ ordo ipē institutus est.· Aut quomō boetii fuit ista noua interpretatio.· cum & uetusta illa & anterior post auerois fuerit. Boetius uō aliquot seculis auerois anteeat.· Reliquum iam crimen est qđ huic interpti maledixerim. Equidem si uitam illius si mores si genus insectatus essem/ tunc faterer me illi maledixisse. Sed nichil tale attigi/ neq; attingerem. At enim de litteris studiis q; contendere/ ac interdum uehementius urgere/ et si res exigat aduersarium pungere. dissentire id quidem est non maledicere. Deniq; tota uis meo uersatur iure an iniuria illum reprehenderim. Dixi libros illos inepte traductos. Quis negare potest.· Dixi greca uerba ob ignorationem latine lingue abeo relicta: pro quibus latina uel optima haberemus. Hec dixi modo/ sed & probaui & uerba ipa ostendi. Cetera quoq; errata/ nec ea pauca nec leuia redargui. Aut igitur ista defende si potes. aut me pupugisse illum non moleste feras. Eq dem si in picturam iotti qs fecem proiceret pati non possem. Quid ergo existimas michi accidere/ cum aristotelis libros/ omni pictura pretiosiores: tanta traductionis fece coinquari uideam.· An non cōmoueri.· An non turbari.· Maledictis tamen abstinui. sed rem ipam redargui ac palam feci. Vale.

LEonardus salut dicit poggio. v. c. Si uales bene est eq dem ualeo. Ego cum cosino ut liber ille ad te deferatur. quod ipē pollicitus est intra paucos dies esse facturum.

TU cum illum habueris prouidebis ut abscriptore tuo pu re diligenterq; custodiatur. Quod autem de librario mo nes recte tu quidem & amice facis. sed tanta est apud nos huiusmodi hominum penuria: utq̄uis cupiam hrē non possim. Quare te rogo siqua ratione potes, hoc mihi negotium conficias siquem fortasse idoneum alicunde eruere queas: ad me mittito p quā cupide suscipiendum habē dumq;. Franciscus barbarus ad uos profectus est, cum quo una hic fui, ac de te multa ab utroq; nostrūm. Scio cum rome fuerit, futurum te illi in intimo sinu. Itaq; nō pretermittendum uidetur quominus te cōmonefaciam ef flagitemq; operam ac medelam tuam. Comptum habeo mi ta p emulos obtrectatoresq; meos sinistre de me ad hunc esse pscripta. Qui sit hay caluniay fons: tute nosti, q̄ ingrate in digneq; id faciat, te non latet. Adiecit sese huic atq; addi xit leuissimus quidam homo professione hypocrita, patria sodomites. Ambo hi de me ad barbay, ut comptum habeo, p uersa quedam scripsere. huic te rei quesо medelam appone.

TU enim scis quanti barbarū semp fecerim, & quanta cōmēda tione illius nomen prosecutus sim. hoc ille ex te audiat. De inde tibi notissimum est non mea culpa has inimicitias cū nicolao esse susceptas. Nichil in hac parte abste postulo ni si uerum. p gratumq; michi fuerit, si pro rei notitia epistolam illam meam quam de hac ipsa controuersia ad te scrip si barbaro ostendes, ne aliud pro alio censeat. Intelliget

+ supple der sur.

enim quod ego ad te scripserim: minime me in eo esse-
mentitum. Nam qd de uita aiunt: ipã uita mea inte-
gerrime acta: & coĩs de me censura eos refellit. Versor
in oculis hominum atq; in luce probatus qdem & acce-
ptus omnium iudicio. Nec est quisq̃ uiuentium cui
in hac parte integritatis innocentiæq; concedam. Nul
la feditas in me: nullum flagitium: nulla libido ma
la: nulla iniuria unq̃ repietur. Studiis uõ nõ quan
tum cupio proficere possum: sed tamen non frustra me
in illis uersari: opa mea laboresq; testantur: constat
q; me & curie romane cõmoda: & huius urbis emolumẽ
ta ultro oblata post habere: quo studiis & litteris dare
opam possim. Quid ergo dicat sodomites ille: cuius
una dũtaxat cura est: in angulis atq; in umbris la
tentem ceuere. Atq; ut totum noris: ego de his re
bus nichil cum barbaro egi. Prestare enim duxi hoc
qcqd sit apud eum ulceris dissimulare me scire. Qua
re & tu sic accedas ad hanc medelam: quasi nescias id
qd scias. Plena sunt omnia inuidoz poggi & maliuo-
loz & puersoz hominum. Sed crede michi magno
animo eos contemno. De barbaro tamen laborandum
putaui: ne mea negligentia abalienatus dici possit. Vale.

Verissimũ est qd ait Leonarde.

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM LI BER QVINTVS INCIPIT.

LEONARDVS VGONI SENENSI SALVTẽ
Plt dicat. frequenter dubitari pupio in hac noua e

thicoꝝ interpretatione: quam publice legere cepisti, q̃m
ita scriptum in ea sit, sũmum bonum quod omnia ap-
petunt. Oriri autem dubitationem, uel admirationem
potius ex eo, quod antiqua interpretatio habuerit, nõ
sũmum bonum sed bonum. Itaq; suspicari eruditos q̃s-
dam uiros, eosq; ferme ueteres studioꝝ huiusmodi se-
ctatores, a me esse erratum & maliuolos obtrectatoresq;
meos, idipm iam non secus ac manifestum deprehensiũq;
crimen circunferre. Quare & respondere maliuolis & a
pud bonos me ipm purgare, quidam suadent. Ego aũt
huiuscemodi mentis sum, ut de maliuolis & obtrectato-
ribus illis, non multum existimem laborandum. Noui
enim & qui sint & q̃ facile contemnendi. Bonis autem
& studiosis, qui non maliuolentia aliqua, sed opinionis
errore ducuntur, ueniam esse dandam censeo. Est enim
difficile ac protinus arduum antiqua illa iam pidẽ im
bibita animis extirpare tam cito ac reuellere posse. Ita-
q; intueri licet interdum homines magis anxie male
pcepta dediscere, q̃ bona pcipe. Ignoscendum igitur
& simul responsione mea satisfaciendum, meq; ipsum
apud hos purgandum probandumq; esse duco. Vt uerita
te agnita omni me crimine absoluãt. Quanq̃ in hac mea
causa, neq; difficili sane pse, neq; obscura, illa subit dif-
ficultas q̃d de uerbo greco controuersia sit, de quo apud
homines gretaꝝ litteraꝝ ignaros assensionem facere pardu
um uidetur. Sed tamen tanta est ueritatis lux, tantũ
q; iubar, ut aliena etiam in lingua appariturum eius
uim splendoremq; confidam. Nam uiõ qdem omnia

consonant. Falso autem cito dissonat uerum. Primum igitur uidendum est de quibus michi conuenat cum aduersariis & de quibus sit questio: ut ordine & uia p-cedat oratio. Interpretis quidem esse puto que in aliena posita sunt lingua ea in suam fideliter reddere. Hoc et aduersarii fatentur. Inspiciamus ergo quid sit in greco positum: pro quo ipē in latino summum bonum reddiderim. Est autem uerbum tagathon. Hoc etiam aduersarii fatentur sed male interpretatum esse contendunt. De significatione igitur huius uerbi controuersia fit. Ego sūmum bonum significare dico illi bonum. Anteq̄ ad probationem descendam: placet quid sūmum bonum & quid bonum latine dicimus constituere. Nam frustra de uerbo greco disceptaremus, si de latino ambiguitas esset. Hec uerba summum bonum, eam puto uim apud latinos habere: ut p illa notetur extremum illud ac pfectum bonum, ad qd cum tandem puentum fuerit appetitus omnis conqescit. Id est quod semp propter se expetitur & nunq̄ propter aliud. cuius gratia cetera fiunt omnia & ad illud referuntur: ipm autem nusq̄ refertur. Media uō p que ad hoc extremum ascenditur, bona quidem sunt non tamen sūma, qm̄ propter aliud quod supra se erat expetuntur. At sūmū bonū nichil supra se habet sed in eo appetitus conqescit nec ultra regrit. Quid autem sit extremum illud ac summum ad qd omnia feruntur: hoc non est iam de ui uerbi, sed de re ipa p qrere, in quo magna philosophoz ingenia conflictantur. Nec latere nos oportet hoc idem qd sūmum bonum diximus appellari finem bonoz & extremum & ultimum & pmum.

Dicitur enim extremum & ultimum quia non est ultra pro
gressio. Primum autem quia principium est & causa. Nã
eius gratia omnia omnes agunt. De quo preclare tullius
in libris definibus bonoꝝ inqt. Querimus enim qd sit
extremum, quid ultimum bonoꝝ, quod omnium philo
sophoꝝ sententia tale esse debet ut ad id omnia referre
oporteat, ipsum autem nusq̃. Ecce quid nos bonum ꝙd
sũmum bonum latine dicimus. Age nunc tagathon de q̃
controuersia est utrum bonum significat, an sũmum bo
num: Ego sũmum bonum significare dico, atq; aliud
esse agathon, aliud tagathon. alterum enim bonum signi
ficare: alterum sũmum bonum. Quomodo id probas: qa
sic greca utuntur. Non credimus inqt tibi. At si nõ m̃
saltem eustratio credas. Eustratius enim natione grecus
est. & inter doctissimos apud grecos habetur. Libros
certe ethicoꝝ greca in lingua sic pulcre cõmentatus est:
ut solus cõmentator illoꝝ meruerit appellari. Verba
eustratii sunt hec in decimo ethicoꝝ libro. Tagathon
quod coniungitur ex to et agathon: nichil aliud est q̃
solum bonum & primum bonum. Alia autem puta intelle
ctus & scientia & uirtus: bona qdem sunt, non tamen p̃
ma. Et est intellectus quidem agathon, non tamen ta
gathon, & uirtus agathon, non tamen tagathon. Sic per
hoc elementum t. ostenditur primum principium & causa
& radix ac uelut centrum omnium bonoꝝ. O testimoniũ
michi optatissimum. testimonium uõ immo sententiam.
Quid enim aliud eustratius, q̃ uelut de tribunali me uicto
rem pronuntiat: Agathon inquit significat bonum: sed

to cum illo coniunctum facit ut significet primum ꝑn
cipium / & causam & radicem omnium bonoꝝ. Et quid
aliud me dicere oportet .ꝯ Nonne hec probant .ꝯ non ne
hec me purgant .ꝯ Intelligant igitur boni & studiosi q
dubitant prius ueritatem q; opinioni sue anteferant.
Inuidi autem & obtrectatores erubescant & concidant.
Nam qd est quod hiscere ualeant contra grecum auctorem ac doctissimum hominem .ꝯ Dixi de eustratio qd aristoteles ipē / non ne hec eadem probat .ꝯ certe non minus apte sed si dici potest etiam clarius . Docet enī in primo ethicoꝝ libro. bonoꝝ alia esse laudis / alia uenerationis . Vult autem laudis esse uirtutem ac cetera huiusmodi bona. Venerationis autem esse prestantiora quedam ac diuiniora. Tale inqt esse deum & tagathon ad hec enim alia referri. An iste q pōt facit deum & tagathon / et ad hec alia omnia referri dicit. minusti bi probare uidetur q̄ eustratius / tagathon designant nō bonum sed sūmum bonum .ꝯ Nam si tagathon declararet idem qd bonum / cur diceret prestantius aliq d eē q̄ bonum : ac deo comparari .ꝯ Quid boetius uir doctissimus. nonne ex hac eadem parilate ab aristotele sumpta : tagathon sūmum bonum appellat .ꝯ Duo inquit sūma bona / que interse diuersa sint esse non possunt
At deum & beatitudinem sūma bona esse concessimus.
Ecce quod aristoteles tagathon dixit / Boetius sūmum bonum exponit. cum deum & tagathon duo sūma bona esse concedit. Quid ad hec respondebunt latratores isti .ꝯ non grecaꝝ modo ignari / Verꝝ etiam latinaꝝ litteraꝝ .ꝯ

qui tempus non in discendo sed in carpendo cõsumunt.
fuci apium & improbissimi sicophante. Docebo & preter
has auctorites. antiquum interpretem seipsum damna
re. Quomodo hoc.? Quia in principio uerbum tagathon
bonum exponit/ dicens bonum quod omnia appetunt.
Postea uõ procedens in opere/ dum aristoteles inqt tale
esse deum & tagathon. uictus iam reipsa ac plane re-
dargutus: quoniam ibi dicebatur apte/ tagathon pre-
stantius aliquid esse q̃ bonum: non est ausus exponẽ
tale esse deum & bonum: ne in manifestam dissonãtiã
caderet: sed dixit tale esse deum & ꝑse bonum. Eodẽ
q; modo in libro huius opis decimo/ cum aristoteles in
quit: quod omnibus bonum sit & quod omnia appetũt.
id esse tagathon/ uidit absurdum esse/ ac stare non
posse/ si exponeret quod omnibus bonum sit/ & quod o-
mnia appetunt id esse bonum. Atqui cum in decimo
libro exponit ꝑse bonum quod omnia appetunt. Non
enim primis ultima/ sed ultimis prima corriguntur.
Ad quem profecto errorem emendandum/ non tam uo-
luntas illum q̃ necessitas ꝑduxit. Magna q̃dem est ue-
ritatis uis magnum q; numen. ac de primo ad extremũ
una atq; eadem miro inter se nexu apta catenata q;
seriesq; Nam uero omnia consonant. omnia succe-
dunt. falso autem cum semel dictum fuerit ueritas
dissonat ac refragatur/ & quasi obliquum multa offen
dunt. Quod hic accidit. Quod enim falso expositum
fuerat/ multa postmodum reclamabant/ ac refragabã
tur/ donec se ipm uti corrigeret ui adegerunt. Nam il

lud sane dica haud quaq̃ potest. ut tagathon utrunq; si
gnificet. cum aristoteles prestantius aliqd designare asserat
q̃ bonum. & eustratius nichil esse aliud q̃ primum bonum.
Deniq; tagathon & felicitas idem est. At bonum & felicitas nõ
idem. Patet igitur antiquum interpretem male interpreta
tum fuisse cum dixit bonum qd omnia appetunt. Sed
an post modum bene .ꝛ cum inqt ꝑse bonum .ꝛ fateor mi
nus uitiose inepte tamen. Nostri enim illi prestantissimi
atq; doctissimi: ciceronem dico & augustinum & lactanti
um & boetium nunq̃ dicunt ꝑse bonum: sed sũmum bo
num. Afferre possum testimonia singulo4 ꝑmulta ni
prolixitatem uererer. Sed tamen boetium supra osten
dimus dixisse: duo sũma bona que inter se diuersa sint
esse non possunt. Eodem modo tullius: epicurei inqt
sũmum bonum uoluptatem esse contendunt. Et aliolo
co facit lucius noster prudenter, qui audire de sũmo
bono potissimum uelit. hoc enim constituto in philo
sophia constituta sunt omnia. Et paulo post, sũmũ
bonum si ignoretur: uiuendi rationem ignorari neces
se est. Lactantius quoq; inquit. epicurus sũmum
bonum in uoluptate animi esse censet. Aristippus in
uoluptate corporis. Peripatetici autem in bonis animi
& corporis & fortune sũmum bonum collocarunt. hoc
ergo nullus dicit ꝑse bonum: sed sũmum bonum. Quã
igitur causam habuit interpres ille: a consuetudine
doctissimo4 nro4 recedendi .ꝛ Non credo fuisse usq;
adeo sibi arrogantem, ut tullium & augustinum & bo
etium & lactantium damnaret in uerbo, ac melius

putaret putaret se dicturum sed illud magis credo: do
ctos istos uiros nunq̃ adeo lectos fuisse. Itaq; latine i
gnarus linguę. uerbum de se ipō finxit: qd nemo eruditorū unq̃ posuerat. Enimuō qd et hoc ipm uitiose: hinc licet intueri. quia que propter se & propter aliud expetuntur p se bona sunt: non tamen sūma. Nam sūmum id est, quod semp propter se & nunq̃ propter aliud.

Quare nec dum bonum exponit tagathon, nec dum p se bonum defendi potest quominus errasse deprehendat. Enimuō dicet qspiam tu quēadmodum defendes, omnia summum bonum appetere. Iam enim si hoc inquis, lapidem appetere sūmum bonum, tibi fuerit confitendum.

O argutias insulsas. q̃q̃ tu potius hanc defensionem ab aristotele exigas oportet q̃ a me. Nam ego interpretis officio functus sum. vt in greco positum fuit sic in latinum reddidi. Sed tamen si aliqd supra interpretem dicere me oportet. potest ne esse qcq̃ insulsius ac puerilius q̃ dum aristoteles de bono loquitur humano, ad lapidem & huiusmodi insensa cauillationem traducere. quod qui facit lapideus plane insensatusq; ipse est. Sic enim proponitur ab aristotele. Omnis ars omnisq; doctrina, similiter autem & actus & electio bonum quoddā appetere uidetur. hec omnia uidelicet hominum sunt, non lapidum neq; bestiarū. In libro quoq; magnorū moralium inqt: non de simpliciter bono nobis dicendum est: sed de bono quo ad nos, non enim querimus deorū bonum. Nam de illo alia ratio aliaq; consideratio esset.

De bono igitur humano dicendum est. En qd aristote

les proponit & sentit. Omnia uō humana sūmum appetē bonum, ac illius causa omnia omnes agere, nemo sane mentis unq̄ negabit. Quin etiam si ineptire placet ac in uerbo cauillari, dabis tu michi lapidem bonum appetere, sic enim tibi necessarium est, secundum primum interpretem, quod si feceris ego sūmum bonum appetere concedam. Neq; enim recipiendū est lapidem, si modo qd appetit, bonum quidem sibi appetere, non autem optimum. Hec ad te ugo doctissime pro greci cognitione uerbi scribere libuit: ut ipē certior factus, ualeas ambigentibus constanter & intrepide respondere: me non ad casum neq; teme, sed certa ratione & intelligentia aristotelis uerba ut in greco sunt, ita in latino fideliter conuertisse. Vale.

LEonardus thōme cambiatori sal pl dicit. Non usq; adeo me delectassent littere tue, si omnia mea laudibus extulissent, sicut delectarunt hoc ipo quod quedam refellere improbareq; nitebantur. hoc ego amici esse puto. Illud adulatoris. Sed patere queso & tu equo animo uicissim a me redargui. Nam quod ais ne de his referibam p q̄ iniquum foret. An tu me ictu tuo pcellas et undiq; oppugnes: ego neq; repcutiam te neq; resistam? Fieri hoc natura ipa non sinit que etiam apibus mellis dulcoris q; factricibus aculeos tradidit ad uim si qua sibi inferatur propulsandam. Contentio tamen nostra non ptinax esto, nec odiosa sed modesta & liberalis. propositum q; in ea sit non supandi studium sed inda

gatio ueritatis. Deniq; ut inqt cicero controuersemur inter nos, non autem certemus. Libellos quosdam e meis ferrariam delatos legisse te nup significas. de quib; ad me scribens cum precipuis multa laudibus attollas vnum tamen acriter detestêris quod diuitias in bonis numerari a philosophis dixerim. hoc tu a me scriptū usq; adeo indigne fers, ut contra uociferando ac reclamando pene rauceſcas. Ego autem duoꝝ in hoc tuo crimine reddendam mihi rationem puto. primum locum alienum fuerit & ineptum. Deiñ ipsius rei, num falsum sit & erratum quod ita scripserim. Constabit eniñ si locus dicto congruens fuerit, & sententia uera tuam hanc reprehensionem, ut leuiter dicam esse non rectam

Primum igitur de loco uideamus. Librum aristotelis q̃ inscribitur economicon, in latinum uerteram e greco

Jd munus amico familiariq; meo, homini & docto & suaui destinaueram. Disciplina eius libri fere est circa patrimonium augendum, ipē q; idem inquit alio loco economice finem esse diuitias. Ego igitur hunc librū mittens ad amicum, quid prefari in proemio debui? An uidelicet esse in eo libro precepta aristotelis ad diuitias comparandas. Jpsas uō diuitias pnitiosas esse atq; malas. fugiendas deniq; & abominandas? Et quis legeret sibet dixissem? Quis munus meum non contemneret? Quis aristotelem ipsum non carperet: quod de malis rebus acqrendis disciplinam tradidisset? Atq; si ulla est dicendi ratio atq; ars: proemio uirtutē hāc tribuit, ut beninolum ut doculem, ut attentum faciat

auditorem. Quam ergo beniuolentiam sibi compara
bit: qui disciplinam malay rey de greco in latinum
uertisse amica grā dicet.' Quam docilitatem uel attē
tionem: qui nocitura fugienda q; se scripturū promit
tet.' Vides ergo Thōma, qd ratio artificiūq; dicendi
exigat.' ea uidelicet ut dicerem que dixi. Et quod
tu qdem reprehendis artificiosum est, quod autē lau
das contra artem. Locus igitur uel hic maxime exige
bat. cuius tu etiam legens rationem habere debuisti.
Est enim prudentis lectoris attendere quo quidq; loco
dicatur, ac pro eo accipere: proquo datur. Venio nunc
ad ipām rem. Diuitias in bonis numerari a philosophis
dixi. Vey tu hoc ita reprehendis, quasi non dicant phi
losophi, an ita quasi non uerū dicant. Si eos dicere ne
gas: sed a me falso confingi. Audi queso aristotelem
cum omni peripateticoy multitudine asserentem, tria
esse bonoy genera, externa corporis & animi. Sin hos
falsos esse dicis, non tu iam me sed illos reprehendis.
Qua in re uide etiam atq; etiam qd agas, teq; circūspi
ce & expende: nunqd tuum sit aduersus aristotelis
theofrasti cratippi & alioy pene īnumerabiliū phoy
auctoritatem quasi tu unus plus sapias refragari. Quid
plato ipē phoy ut ita dixerim deus. qd inqt in gorgia:
platōis sīmā. omne qd est aut bonum. aut malū. aut mediū.
Nichil est inqt ex omnibus, quod non bonum sit aut
malum, aut medium. Bona sunt sapientia: ualitudo
diuitie. Mala uō hoy contraria. Neq; bona neq; mala
ceu sedere currere, nauigare. Potes igitur me reprehen
dere, quasi non uey scripserim, cum hos phoy pncipes

tam apte diuitias numerare in bonis cernas .ꝰ Aut turpe
est me id scripsisse quod plato ipē & aristoteles tradidere .ꝰ
Enī uō epicurus contra sentit. O rem ꝓgrauem & non ferē
dam. an non pudet aduersus hos duos philosophie so-
les, platonem dico & aristotelem epicuri tenebras inducē .ꝰ
Qui si diuitias in bonis non putat, ob id mouetur credo qa
prodigos & assotos, idest pro obscenis uoluptatibus patri
monia deuorantes sua, beatos censet. hunc tu hominem
sectaris queso .ꝰ aut placere tibi uel sano alicui potest .ꝰ q
in re tam turpi felicitatem posuerit .ꝰ Quid insanius q̄ a
platone & aristotele discedentem epicuro inherere. damna
to iam pridem homini atq; utrita dicerim in phia heretico.
Sed quero exte qui longam iuri opam laudabilemq; de
disti. num & iuris consultos, tante auctoritatis homines,
tam prudentes tam doctos delirare censes . Atqui hos q̄q;
in phia eruditos predicatis. & ipsi non abnuunt quoz ē
illud. Veram nisi fallor phiam, non simulatam affectantes.
Hi ergo iurisconsulti. Vere ac non simulate phie sectatores,
quomodo nuncupant hec externa .ꝰ Vtrum media .ꝰ an ma
la .ꝰ uel bona .ꝰ pleni sunt eoz libri in quibus bona appellāt.
Tu ipē queso qui de hoc tam ꝓtinaciter contendis, si iudex
pro tribunali sedens, in possessionem bonoz mitti iubes,
Vtrum de uirtutibus sentis, an de fundo & pecuniis. Que igr
tur ꝓuicacia est aliter loqui uelle q̄ homines loquantur. con
temnere philosophos platonem & aristotelem despicere iuris
consultoz auctoritatem pro nichilo putare. Illos parum ui-
disse, nos omnia cernere arbitrari .ꝰ Bona inqs a beando di
cuntur. Externa uō facere beatum non possunt. nec sunt

igitur bona. Hec tua ratio ut uideo tibi pacuta uidetur.
Est autem obtusa uel potius fallax. Primum enim quod tu
tanq̃ concessum tibi assũmis, bona a beando dici. M. tulli
us scribit se unde dicantur bona ignorare. Itaq; uide
ne ut in phia plus tibi pene arrogas q̃ aristoteli conce
dis: sic in lingue latine ratione plus te scire q̃ M. tul
lium contendas. quod nullo modo tibi pmittemus. Quid
enim cõmune habet bonum a beatum preter. b. litteram.
Itaq; quid magis a beando q̃ a bibendo dica bona inter
pretari potes. Hoc autem pempto & totam rationem
tuam perimi uides. Quin etiam siquis tibi dederit a
beando dica bona, efficere tamen eo concessu nil potes.
Hec enim externa ad beatitudinem ptinere dicimus, atq;
uide si tu ita uis nuncupari bona: qa sine illis beatus
esse nemo potest. Nam nec animi qdem bona si sola
sint beatum facere possunt, nisi forte hunc in falaridis
tauro constitutum dicas beatum fore. quomodo tu ut
opinor beatus esse nolles. Ego certe ut affirmare de me
ualeo, hanc beatitudinem cãlamitosam longe aspnor,
ac satis esse puto si non misez concedamus. Beatum uo
dicere in carcere in tormentis in egestate, in supplitiis,
in trucidatione filioz, uereor ne uox sit illa, non hoĩs
qdem, sed cautis potius cuiusdam & scopuli humanitatẽ
penitus omnem a se reiicientis. Virtus enim bonum qdẽ
uirum efficere potest. ad beatum uõ faciendum ipsa
p se non est satis. Aggregatio enim bonoz existat, o-
portet. Atq; ut anima q̃ corpus longe prestantior est: cor
pore tamen indiget, ut sit homo: sic & animi bona lon-

ge pſtantiſſima eſſe fateor. indigere tamen corporis ex
terniſq; bonis ut ſit felix. Recte quidem ariſtoteles
non ſolum in illa felicitate que eſt p fortitudinem & iu
ſtitiam ceteraſq; negotioſas uirtutes: Vez etiam in illa cō
templatiua & otioſa putat externis opus eſſe bonis. Sic
enim inqt cum de contemplatiuo loquitur. Indigebit
quoq; externa proſperitate/ cum homo ſit. Non enim na
tura ipſa p ſe ſufficiens eſt ad contemplandum/ ſed opor
tet ſanum eſſe corpus/ & alimenta cetez q; famulatū ad
eſſe. Neq; tamen ſi abſq; bonis externis beatum eſſe nō
datur/ ideo putandum eſt multis ac magnis illum in
digere Sed poſſunt etiam qui non maris terreq; domi
nantur felices eſſe. Hec de contemplatiua ariſtoteles
cenſet. Ciuilem autem illam & negotiosam uitam longe
pluribus indigere fatetur ad felicitatem. Nam liberali
inquit opus eſt pecunia ad liberalitatem exercendam/
& iuſto ad remunerationes. forti quoq; opus erit potentia
ſi profecturus ſit aliqd ſecundum uirtutem. Deniq; ad
res agendas inquit multis eſt opus. & quanto maiores
& preclariores ſint/ tanto magis. Vides igitur in hac ci
uili uita in qua uerſamur/ multum nos externis indi
gere bonis. & quanto maiora & p̄clariora uirtutis opera
pfecturi ſumus/ tanto magis. Contemplatiua autem pau
cioribus indiget: ſed tamen indiget corporis externiſ
q; bonis/ cum ſine his beata eſſe non poſſit. Iuuat nūc
repetere uerba mea/ que tu tam acriter carpenda puta
ſti. Sic enim ſcripſi. Sunt uō utiles diuitie/ cum &
ornamento ſint poſſidentibus & ad uirtutem exercēdā

suppeditent facultatem. Prosunt etiam natis/ qui faculus
pullas ad honores dignitatemq; subleuantur. Nam q̄z
uirtutibus obstat res angusta domi haud facile emergūt
ut poete nr̄i dictat sententia. Quare cum nr̄i tum natoz
multo magis caritate/ illaz amplificationi/ quoad hone
ste possumus studendum est. Quoniam a philosophis
in bonis numerantur/ & ad felicitatem ptinere credunt.
In his queso uerbis quid tandem est quod aristotelis mē
ti non plane respondeat.? Nonne in bonis numerat di
uitias.? Nonne ad felicitatem ptinere dicit.? Non ne
esse utiles ad uirtutem exercendam.? Nam de ornamē
to q̄dem non bene accipis. Non enim de spintere aut
fimbria/ neq; de histrionis auro/ sed de magnificentia di
ximus. Hec enim uirtutis ad ornatum ptinent. adeoq;
diuitias exigit ut paup magnificus esse non possit. Miror
igitur quid in me reprehendas cum et ob id utiles esse
diuitias scripserim quia ad uirtutem exercendam facilita
tem pberent & prodesse natis eadem ratione/ ne illoz uir
tutibus rei familiaris angustia obstaret. Certe ego nō ui
deo cur me penitere debeat ita scripsisse. Presertim cum
eo loco scripserim qui uel maxime illaz cōmendationem fla
gitabat. Et enim si propter se diuitias expetendas esse/ et/
undequaq; arripiendas dicerem/ merito carperer. Cum uō
propter uirtutem ac eius exercende gratia/ tanq̄ instru
mentum quoddam: & addiderim quoad honeste fieri pos
set/ ne studium eius rei nos a recta ratione de-
flecteret: quid est q̄d michi a quoq̄ ualeat imputari.?
Ad paruos inquis & angustos faciendum animos hec tua

cõmendatio ꝓtinet. Vide ne tu potius hꝯ agas. Si enim
hec sunt uirtutis instrumenta & celse preclareq; res agen
de illa desiderant/ cum sine his fieri non possint: quis
paruos & angustos facit animos/ ego ne qui uirtutis exer
cende causa/ paranda ista dico/ an tu qui omnino paranda
ista negas? Deniq; utri nostrum prestantius animi propo
situm est? Michi ne qui celsa aggredi cogito/ ac iam in
strumenta ad hꝯ paro/ an tibi qui nichil grande celsumq; me
ditaris? Nunc̃ fatebor inquis diuitias numerari in bonis.
At plato & aristoteles confitentur/ quoꝝ ego auctoritatem longis
sime antepono tue. At nõ non nocerẽt si bona essent. Quid
tu rationem & hanc naturalem intelligentie uim homini da
tam qua prestamus brutis: non ne in bonis reponendam cẽ
ses? Atqui repiuntur qui puerse illa utantur: nec id obsistit
tamen quin sit bonum. At enim bonaꝝ inquis reꝝ nullus
inhonestus comparandi modus esse uidetur. Tu quoad hone
ste possumus adiunxisti que profecto res ostendit/ non esse
diuitias in bonis reponendas. Equidem sic existimo/ & regnũ
& potentiam reip. esse in bonis. tamen hoꝝ nullum fraude
nobis comparandum esse: sed quantum honestas & iura si
nunt procurandum. Iniusta enim acquisitio idipm cor
rumpit quod acquirit. Preterea cum utilia omnia instru
menti instar habeant. Instrumentoꝝ autem ea sit natura
ut nimis parua & nimis magna corrumpãt usum suum si
quidem nauis & unius tantum cubiti inutilis est & duoꝝ
stadioꝝ inutilis: patet nulla in re tantum desiderari mo
dum quantum in rebus utilibus. Diuitias autem utiles eẽ
diximus ad uirtutem in quibus ut in nauí exiguitas impe

dit ſupfluitas nichil prodeſt. Jtaq; et iuſta & modeſta compatio in illis eſſe debet. Omniſq; illaz amplificatio ad uirtutem reſpicere. Vale & me ama tibiq; pſuade tuas michi litteras fuiſſe non ingratas. Jteꝛ uale.

LEonardus ſal dic̃ franciſco pilzopaſſo. Plures epiſtolas a te ſuſcepi. et quidem uariis de rebus ad me ſcriptas. q̃ bus ſi reſponderi p me cupis: uteꝛ a te reſcribendum eſt. nam ille quidem omnes in obliuionem iam abierunt. Ri debis opinor hec legens. & ſiccine me tractas inquies ut ne reſponſione quidem dignum putes? Jncredibile erit quod audies mi pilzopaſſe: ſed tamen uerum contraria tibi ne reſponderem effecerunt/ cum aut plus nimio otio ſus eſſem/ aut plus nimio negotioſus. Principio enim dum eſſem arretii: ſum̃o fretus otio & in hoc uno maxime occu patus/ ut nil omnino agerem: tibi reſcribere differeba̅. nec erat eo tempoꝛe quicq̃ cui magis aduerſarer q̃ cala mo & litteris. Mutauit poſthac fortuna uices. & ex illa profundiſſima quiete & uoluptuoſa uiuendi incuria/ ad hos eſtus procellaſq; occupationum traduxit. Vtq; prius tranquillitas nimia. ita nunc fluctuatio nimia me ſub mergit. Nullum ergo tempus inquies eplis meis aptum eſt? imo omne tempus tuis ſed meis extreme omnes co̅ ditiones tempoꝛ aduerſantur. Optanda igitur mediocri tas eſt/ ſine qua tibi reſpondere non poſſum. Hanc ego ſi nanciſcar: reſponſum litteris expecta. ſin uo̅ iſta non a derit/ fruſtra michi crede reſponſa mea flagitabis. Quod eplas meas tranſcripſeris omnes & alias habere queras:

id ipſum honeſta cauſa eſt cur tibi nil ſcribam. Nam ſi
que omnibus ſcribo tu habes unus/ ſatiſqdem ſupq; eſt
qd aliena poſſideas. tuis uō nequaq̄ indiges. quod autē
gratulans uolo apte ſcias me ultra q̄ credibile ſit cōmo-
ueri deſiderio curie & familiaritatum noſtrarū. nec ego
a principio hec non uidebam. ſed maiora erant i cōmo-
da ſi repudiaſſem. finito autem anno libera & integra m̄
ent deliberatio. quare uale florentie vi kt̄ februarias.

LEonardus ſat̄ dicat poggio. Retulit michi uir optimus ni
cola noſter/ ſe abſte[illegible] litteras accepiſſe/ ſcriptas lon
donis u non̄ octobr̄. in quibus amice tu quidem & affecte
conquerebare/ de inimicitiis aduerſum me ſuſceptis abeo:
qui ſiquid grati ineſſet/ amiciſſimus omnium eſſe debebat.
Ego uō angi te hiſce de rebus/ grauiter q; uſta ferre/ pluſq̄
certiſſimum ſcio. Noui enim humanitatem & benuolen
tiam tuam. atq; ut quiſq; ip̄e uir bonus eſt: ita maleſa
ctis alterius conturbatur & angitur. Qui medius fidius
ipſe mecum reputans: non alia profecto de cauſa tibi
ſcribere ſupſedebam: q̄ ne te ut putabam haq; ſtulti-
tiaq; ignarum/ ſupſtua conficerem onerarem q; mole
ſtia. Totam deniq; huiuſcemodi cognitionem mali/
tuum ſub aduentum integram reſeruare conſtitue
ram. Sed quoniam ille/ ut eſt lingua & procaci et
odioſa/ ne in extremo quidem mundi angulo/ q̄tū
eſſe te ab iis moleſtiis paſſus eſt: ac maligna quēda
ut ſentio diuerſaq; a uero ſuggeſſit: meum ut ui-
detur reliquum fuerit non ſubticere: ne aut refu

gere me examen tuum: aut contemnere iudicium putes. Primum igitur tu michi uel optimus testis esse potes: qualis ego in nicolaum p supiora fuerim tempora.
Tua quidem familiaritas utriq; nostrum coniuncta latere te nichil pmisit. Non ambigo illud pro certo tecum ipse statuere potius fuisse in me nimium qdda & supstuum intribuendo illi q̃ aliqd defuisse officio meo. Sed ego benignitate quadam nature inductus, propensiorem me prestiti. non quia hominis demerita nõ nossem: sed quia illum qui semet in familiaritatem se dederat meam, laudandum michi honestandumq; putaram. nec tantum quid ille mereretur intuebar: quantũ quid a me deberi esset conferri. Omnino poggi huiuscemodi erroris caput est: quod preposteri agimus in uita, cum ceteris multis in rebus, tum in amicitiis coniungendis. Res enim magna ut ita dixerim lentitudine experimentoq; indiget. priusq̃ sal illud de quo dicitur esset uerissime comedendum. Sed nos ante recipimus in amicitiam homines, q̃ an digni sint amicitia discernamus. Hic autem error & a multis alias & nunc a me ipõ imprudenter facti, pgrandes quidem attamen meritas exigit penas. Quid enim nunc agam queso? aut quid consilii sumam? diuortam ne abeo in quo est puersitas ipa deprehensa? At multi ueteris coniunctionis nre memores: ignari stultitie noue que in hoc portento nunc erupit: inconstantiam culpabunt meam. Respondebo maledictis eius qui metã acerbe & intolerabiliter prouocat? Multi leuem dicent, qd quem prius laudarim, nunc tandem carpam. Tacebo

ac maledicere illum sinam .ꝰ At instar mortis est acerbissi
me abeo male audire quem ipse supra dignitatem suam
plurimis locis ornarim . His igitur in malis quid potissimū
eligam non satis constituere mecum ipē ualeo . Tolerantiā
tamen adhuc contra illius rabiem adhibui . sed q̄diu id
facere possim & hec indigna perpeti incertum est . At un
de ista procella dices. unde turbatio .ꝰ Vnde iraꝝ estus .ꝰ
Quod principium .ꝰ que causa .ꝰ qui fomes .ꝰ O dii īmortales
pudet me leuitatem hominis referre . Sed tamen apien
dum est . presertim cum ad te scribam . quem celatum iri
nichil oportet . Si causam queris poggi á initium huiusce
mali respondebo una cum ennio Vtinam ne in memore
petio securibus cesa cecidisset in terram abiegna trabes,
á que secuntur . Vna siq̄dem muliercula poggi vna inq̄
mulierecula á ea ipā turpissima causa est illius amentie .
de qua dicam breuiter . Tu autem cum legeris hanc eplam
lacerato : vt etiam nunc illius fame q̄us inimicissimi con
sulamus . Ancilla est apud illum á re á nomine mal
uenuta . licet ut quondam sānites pro maleuento be
neuentum dixere . sic iste pro maluenuta benuenutam so-
leat appellare . Hec dudum florentie cum applicuisset :
hospitem queritabat uxore carentem . Fortuna hanc ue-
luti calamitatem quādam in hunc nostrum impegit , nō
tamen ab initio . Nam primo suscepit illam iohannes hu-
ius frater iunior natu . á quod illa optabat sine uxore
domum adduxit . In cubiculo atq; in famulatu obsce
no cōpluris habuit menses . habitabat hic una cum ni-
colao iisdem in edibus ita modo ut cenaculis á triclimiis

Audi lector
dulcez hystoriaz

habitacula sequestrarentur. Mulier p hc tempus di
scursari ad nicolaum & blandiri familiarius cepit.
Quid multa.? cum fratre cubantem mulierculam hic
noster seuerus cato nil ueritus fraterna iura in
suum complexum libidinem q; seducit. hec tamen
ab initio clanculum erant. Murmura modo & pro
spectus occulti & angulo7 latebre quertabantur. Sed
postq̃ blanda consuetudo inualuit & amor flagitio
confirmatus in diem exarsit ut iam eius flāmacō
primi nequiret: non p insidias neq; clanculum,
sed palam & apte mulierem de fratris cubiculo in
suum thalamum recta abducit. Ex quo tante con
festim lites sunt consecute, ut p singulos ferme di
es inter se, fratres ipsi digladiarentur: uicinia autē
omnis non audiret modo huiusmodi nefas, uez ēt
uideret. hic ego quid dicam poggi.? aut potius qd
non dicam.? Sao enim me non in iudicio causam
agere: ut iudicis animus michi sit inflāmandus.
Sed tamen flagitium tantum, tam atrox, tam dete
stabile, qui sine increpatione pretent honestatis
gustum non habere uidetur. Et qd est aliud contē
nere diuina simul atq; humana iura. Miscere con
cubitus pecudum ritu. Omnem sanguinis necessitu
dinem: omnem propinqtatis nexum detestande li
bidini posthabere. Quis est infima ex plebe homo tā
sine litteris sine more sine honestate, qui incestū ad
uersus fratrem non abhorreat: quē iste ut uideri
uult litterat7 studiosus nō ueritus est cōmisisse. Quis

tam impudens ex infimo ergastulo qui si id admisisset facinus non occultum esse uellet: quod iste palam sē per tanq̄ sui oblitus pre se tulit. Et postea miramur si opinio est uulgi. ut litteraꝝ studio dedita nec esse deum putent nec ueretantur, cum huiusmodi monstra hominum falsa opinione pro litteratis habita, ista contra deum & homines cōmittere non formidant. Ab hoc tempore poggi noster hic amicus uir nullus fuit. Remansit enim apud eum adultera, quam iuniori frī p nefas abstulerat. in cuius potestate usq; adeo fuit, ut totus ab illa penderet: amicos & inimicos illius nutu metiretur. Deniq; ut circes illa hospites suos diuersas in figuras conuertisse dicitur: & alios leones: & alios sues fecisse: sic ista uenefica in hospitium atq; adeo in thoꝝ nicolai recepta filtris & ueneficiis hominem exuit, ac beluinam feritatem amentiamq; induxit. Nunq̄ enī post hoc cessauit, cum frībus cum amicis cum familiaribus lites continuas exercere. Quinq; illi sunt fratres. neminem hoꝝ alloquitur. De singulis ea predicat quetu de sicariis & lenonibus erubesceres. Laurentium mō habebat inter precipuos amicos. Illum sic alienauit, ut capitales nunc inter eos inimicitie agitentur. Ego unum superam: me quoq; ferino dente lacerandum putauit. Cepit enim iam pridem sic aduersari michi, ut palam pre se ferret pati non posse. Celatim carpere, detrahere, insectari deniq; & succensere. contentiones auidius captare, lites ultro exposcere. ut manifeste appareret non esse illum qui prius fuerat: sed in truculentam aliquam be-

ſtiam eſſe conuerſum. Hec ego & ſi partim cernebam p̃
ſens partim a ſtudioſis mei p abſentiam dicta ſuggere-
bantur: tamen cõniuentibus oculis tranſeunda potius
ſtatueram. Sed non finit feritas hominis. Ecce enim
rurſus in furorem uertitur. ac totam funditus amici-
tiam tollit ex leuiſſima cauſa. quam uide queſo, &
cognoſce hominis grauitatem. Mulierecula de qua ſu
pra dixi, inſolens ac plane uictrix, cum ex fratribus
cõiuales fetiſſet: vxorem alterius fratris, cui Iacobo
nomen eſt, honeſtam ſane ac pudicam mulierem, aſſi-
duis contumeliis agitare cepit. Cum hec aliquãdiu fe-
ciſſet, ad alios fratres rem Iacobus defert. Illi iam pri-
dem ardentes odio, & tunc flagitii indignitate cõmoti
non ferendam huius petulantiam cenſuerunt. Itaq;
facto impetu in nicolai triclinium, ſpectante illo me-
ritriculam capiunt. tractam deniq; in uiam ac dorſo im
poſitam, nateſq; nudatam, loris uſq; cecciderunt: plau
dentibus uicinis & tota multitudine comprobante. Ob
hanc igitur meſtitiam non aliter ſe multos dies hic nr̃
domi continuit q̃ ſi parens illi trucidatus fuiſſet. Venie-
tibus ad eum conſolationis cauſa, lacrimans reſpondet,
ob leuiora iam facinora magnas urbes fuiſſe ſubuer-
ſas. Se quidem non prius deſiturum q̃ ſceleratoꝝ fra-
trum ſanguine, proprias manus cruentaſſet. hec et
huiuſcemodi ab illo dicta, partim ridicula partim iacta
bunda & non ferende ſtultitie plena, ab iiſdem conſola
toribus p riſum efferebantur, perdidiſſe opam in libris
coemendis uenundandiſq; & inſanire hominem omnes

clamitabant. Ego uō hec audiens, angebar animi. et
ardebat mens obiurgare hominem pro huiusmodi ine-
ptiis. Naturam tamen eius & saucium amore animum ue-
ritus, me continebam. Sic enim se res habere uidebatur:
ut nec ego alloquens sine graui castigatione & increpatio-
ne stultitie leuitatisq; siue preterituras essem: nec ipsum
putabam, quantum assequi coniectura quibam, ob egritu-
dinem & luctum reprehensionem meam esse laturum. In-
ter hec uenit ad me quidam dicitq; uehementer admi-
rari nicolaum qđ eum in tanto luctu suo non adiissem.
Quid inq̃ miretur? Aut quis tandem luctus est? An quod
fratres coquam eius: sic enim maluí q̃ concubinam q̃ ue-
neficam q̃ adulteram q̃ meretriculam dicere, castigarunt?
ob eam rem consolatum me uenisse ad illum oportuit? Q̃
prestaret unquam has ineptias omittere? hec ego inge-
nue porro & amice. At ille ubi hec audiuit: confestim ue-
luti furiis agitatus, incredibili uerbo obscenitate in me in
uectus est. Postea nichil nisi inimice, nichil nisi sceleste
nichil nisi capitaliter de me cogitauit. Habes & causam
& initium turbe o poggi: quod ita leue tibi uideri neces-
est: nichil ut existimari leuius possit. Quid enim queso
in illis uerbis meis dignum uel mediocri indignatione
fuit? Indignationem dixi. Immo quid quod non laudẽ
& gratiam: si modo iste compos mentis, si homo denique ac
non bellua esset, mereretur? Vbi est illa amicitie lex
a sapientibus pscripta: monendos esse amicos, non modo a
perte sed etiam acriter si res postulet. Atqui esse poterat
illa res, que magis seueram amici monitionem poscceret,

q̃ hominem qui litteratus studiosusq; p supplorem eta
tem haberi uoluerit, eum nunc amore meretricule
sic deperire, ut lacrimas & lamentationes instar pu
eri dimitteret, ut sine illa sese uiuere posse nega
ret: ut fabula uulgi ob illius infamiam factus
esset. Potius michi recto iudicio quis succenseat:
qd pro re graui & atroci, leuiter nimis molliterq;
admonui. Sed quid agas cum uesano, cum amen
te cum furioso. cum eo deniq; quem iam pridem
amor & ueneficia obcecassent. cui rationem ademis-
sent: cui nichil reliquissent homini preter corporis
figuram. Qui cum leuia ab amico dicta non tulerit,
quomodo grauia ptulisset." Ego igitur acrimonia ab-
stinens, mitia tantum medicamenta aduersus illius
morbum intentaui, que nec ipã quidem egeranim"
profligatusq; admisit. Sed qui pro leuibus adeo fu
ribunde in me surrexit. quid fecisset pro atribus."
Nonne sese precipitasset." nonne in parietem caput
incussisset." Et me prouocat maledictis, homo stoli-
dus & insanus. Mitto q̃ indigne q̃ ĩmerito, q̃ nulla
ex causa. contra amicum contra familiarem contra il
lum qui pluribus eum locis litteraq; suaq; honorarit.
Mitto inq̃ista atq; pretereo. Sed an usq; adeo demens
factus est: ut nec sese nec imbecillitatem suam re-
cognoscat." Qui nunq̃ uerba duo latina ob infantiã
lingue, stuporem q; cordis, ac eneruatam adulteriis
mentem, coniungere potuerit: is me prouocat male
dictis." Nescio an in hoc uno plus insania eius conspi-

cua fiat q̄ in ceteris omnibus erratis. Quem ego ni
si me respectus supioris amicitie tenuisset, iam trās
fixum ueris̄imis maledictoꝝ spiculis, tradidissem
infamie hominum sempiterne. presertim cum tāta
sit in eo ubertas materie, nulli ut deesse possit oratio.
Vt autem ad te poggi reuertar: habes rem totam ut ue
rissime gesta est. De qua si recte iudicare uolueris,
multa sunt in illo quidem que non condemnes mō,
uerꝝ etiam detestēris. In me autem quid reprehende
re quisq̄ possit, non eqdem intelligo: nisi forte patiē
tiam nimiam. Sed ego certa ratione id feci uel qa cō
temno hominem presertim insanum & furentem: uel
qa rationem habere malui supioris amicitie q̄ iusti do
loris mei. Id uō difficilius michi fuit: qd ille nichil
pensi habet: nullo respectu supioris coniunctionis reti
netur, sed in maledictis continuo pseuerat: ut uerear
iam ne lentitudo ista mea ad ignauiam & socordiam
michi imputetur. Tu es primus ad quem de his rebus
scripserim. & hoc excitatus litteris tuis. Nam ipē tacere
constituēram. Qd si tandem reiecta patientia, gladiū
orationis in hunc prouocatorem strinxero: faciam ut
omnes intelligant quantum sibi lucrum fuerat, in istā
dimicationem non descendisse. Vale.

Pape.

NOuam litem beatissime pr̄ secretariis beatitudinis tue
p aduocatos consistoriales moueri audio in progressio
ne pompaq; solemni de coherentia pontificis contēdentes.
Ego igitur tanq̄ clamore excitus accurro, ac locum defen-

Nota pernecessarium Secretarios pontificis majorem.

dere meum pro uirili propero. rationes colligens que pro iu
stitia nostra contra illoꝝ iniuriam facere uidentur. Primū
igitur incipiam abeo quod obseruatum conspexi. Memini
quidem me tribus coronationibus romanoꝝ pontificum in
terfuisse. Gregorii. Alexandri Johannis, in quibus omnib;
aduocati nobis prire iussi sunt: quoniam in remanendo
honos habebatur. Idem quoq; ceteteris in progressionibus
seruatum uidi. Quāobrem magnope quidem admiror, cū
mos & consuetudo hactenus ita fuerit quid nunc noui im
pellat ad ista retractanda. Neq; enim illud ut credam
adduci possum: eos scilicet moueri, quod secretarioꝝ q̄
nunc sunt p̄sonas contemnant. habet enim quod sine
arrogantia dictum uelim officium hoc excellentissimos q̄s-
dam uiros & scientia & doctrina & eloquentia prestantes. de
quibus etiam gloriari sedes romana possit, qui non recusa
bunt si contemni se sentiant in comparationem illoꝝ de-
uenire. Enimuō p̄sonas secretarioꝝ nequaq̄ contemnunt,
sed officii dignitate se preferendos autumant. & de hac uno cō
troversia est. non de scientia, nec de uirtute hominum, sed
de officioꝝ p̄stantia atq; dignitate. Si ergo officioꝝ ip̄oꝝ
inter se se compatio quedam & quasi contentio facienda ē·
& utrum eoꝝ sit dignius quod pontifica adhereat queren
dum: id q; unum in iudicium uenit: redeo ad id quod
primo loco posui: usu & consuetudine iam pridem receptū
esse, ut secretarii preferantur: quod nec sine causa proba
bili factum existimare debemus. Deinde si omissa con-
suetudine officia ip̄a p̄se considerare uelimus, repiemus se-
cretarios de sui natura pontifica coherere aduocatos autē

longe disiunctos esse. Neq; enim latere nos debet, quia secretarii pontificis sunt secretarii. Aduocati autem nō pontificis sunt sed litigantium aduocati. Atq id pmagnum qdam est & quasi totum in presenti iudicio. Nam cuius qsq; est ei natura coherere necesse est. Apparet autē secretarios pontificis esse aduocatos uō litigantium. Ex quo fit ut alter suus pontifici reuera sit, alter extraneus & impertinens. Veritas ergo ipa subtiliter intuenti ostendit secretarios e sinu quodāmodo pontificis esse: illiq; uelut membrum inherere: aduocatos uō longe disiunctos esse. Ego igitur in pompa progressuq; solemni eum cuius secretarius sum pontificem sequor eiq; ut ratio dictat inhereo. Tu uō eos quoꝝ aduocatus es litigantes sequare illisq; inhereas. Qui cum nullum omnino locum in solemni progressu obtineant: nec tu forsan si recte iudicetur obtinere debes. et tecum bene agi putare, si non omnino repellaris. Mediū autem interponere te inter pontificem & secretarios suos: ñ rationabile sane, nec tolerabile est. Vis igitur & natura utriusq; officii alterꝝ inhrere, alterum disiunctum esse ostendit. Quid autem nomina: non ne hec idem probant: Et quis non uidet secretarii nomen penetralem quādam cognitionem rerꝝ pontificis dicere: maximeq; coniunctam & coherentem designare psonam. Aduocati autem nomen longinquum hominem alienumq; significat. Cum enim tres in iudicio psone necessario uersentur. Judex actor & reus: hoꝝ nullus est aduocatus, sed est alienus qdam ab actore uel reo mercede conductus ad litigandum. qui quod ab alio cuius lis erat, uocatur aduocatus appellatus est. Que

igitur huic homini coniunctio sit cum pontifice. q ad
rem alienam & priuatam non a pontifice adhibetur:
sed a litigatore conducitur. cuius etiam munus hoc po-
stulat: ut longinquo clamore pontificem alloquatur.
secreto autem affari suspitiosum sit. Quid est ergo a
liud confundere ordines pturbare officioꝝ munera
deicere a capite membra q̃ postulare: ut secretarii
procul a pontifice submoueantur/ aduocati autem
in propinquo consistant. ut quibus secreto loqui
expediat in longinquo sint. Quibus clamore uti cõ
ueniat. hi lateri cohereant. At dignitate prestabi-
lius est aduocatoꝝ officium. Immo nec secretarioꝝ
dignitati par. Sic enim cogita. Res curie ut michi
uidetur/ bifariam diuiduntur in litigiosas scilicet &
quietas. Cũq; de sui natura qete sint res litigiosis p̃
ferende. Litigamus enim ut qetem nanciscamur/ ad
uocatoꝝ officium in his rebus uersatur/ que moleste
as & lites & odia continent. Ex his enim pabulũ que
rit & quasi alitur aduocatoꝝ opa. Secretarioꝝ uõ
in pacatis tranquillisq; rebus magis uersatur/ que p
cul dubio litigiosis sunt digniores. Est igitur ratione
subiecti secretarioꝝ officium dignius ac prestabilius.
preterea lites omnes odibiles sunt. partibus tamen
non nũq̃ necessarie. Aduocatis uõ nunq̃. Exquo fit
ut sponte lites & odia sectari uideantur/ quod nec ho-
nestum sane neq; glorioſum est. Quod si decretales
epistolas & rescripta pontificum aduocati allegent &
quod in illis cognoscendis interp̃tandis q; uersentur.

ideo se preferẽdos putent: meminerint queso decretales ullas atq; rescripta secretariorum dictata esse atq; composita. Que enim tu aduocate legis. Que interpretaris ex quibus argumenta detorques: quorum sententiam admiraris, ea inquam uerba omnia secretariorum sunt. De nrĩs uos manibus fundamenta ipã officii uri percepistis. nos uo nichil a uobis pcepimus. Vtrum igitur officium dignitate precellit. Id ne quod tradit alteri atq; prescribit. an id quod suscipit atq; obseruat." Insup id officium dignius est existimandum, quod cum maiori congruit dignitate. Secretariatus autem officium cum episcopali dignitate concurrit. nec eam dedecere uidetur. Fuerunt profecto iam pridem & alii pmulti, sed nra etate franciscus aretinus epũs & Bartholomeus cremonensis. etiam postq; episcopi facti sunt: in officio secretariatus pseuerarunt. Aduocationis autem officium episcopalis dignitas despicat atq; abhorret, nec decere episcopum ullo modo uidetur. An igitur dubiũ est quin secretariatus officium & honestius & dignius sit existimandum." cum episcopalis excellentia quemaxima est, hec non dedignetur, illud despiciat. Diximus de prestantia dignitatis, qua procul dubio pcellere secretarios docuimus. Hunc autem de cõmoditate pauca dicenda sunt. Eẽdem sic existimo mlta interdum ita constituta fuisse: ut ad cõmoditatẽ haberetur respectus. Neq; enim possunt res agende presertim ingentes & multe nisi certis cõmoditatibus

expediri. Est aliquis qui secreta pontificis excipe-deb-
at.⁹ hic propinquus assit. Vultum eius intueatur nec
uerba modo sed nutum etiam prestoletur. Est aliqs
qui pro litigatoribus proponere ac loqui ad pontificem
palam debeat.⁹ hic inter litigatores suos consistat. Ab
his nem crebro audiat atq; doceatur. Neq; pontifici he-
rat cum eius coherentia inutilis sit & alios impediat
qui utiles esse possunt. Hec dispositio atq; hic ordo in re-
bus constituendis semp ualuit plurimum & ualere debet.
Videmus notarios pape antiqua consuetudine hoc uno
respectu episcopis esse prelatos. Non enim dignitate
ut antecedant episcopos receptum est: sed cōmoditate
quod hi sacros pontificis affatus excipe illiusq; iussa mā
dare litteris solerent. Vnde notarios appellatos constat.
Si ergo hoy officium ut uidemus obsoleuit nichilq; preter
nomen inane illis relictum est secretarii autem illoy ui-
cem subierunt. ta q; apud pontificem gerunt que abillis
gerebantur: eadem patientia ferant aduocati secretarios
sibi honore anteferri: qua epi notarios dudum antelatos
sibi ptulere. Presertim cum episcopalis ordo dignitate lon
ge supet notarios. Aduocati autem dignitate non supent
secretarios immo nec pares illis sint & cōmoditatis ratione
ut probauimus supentur.

Leonardus philelfo sal plurī dicit. In bonam queso partē ac-
cipias si non ita celeriter ut desiderium erat tuum ad te
litteras dedi. Mihi enim tarditatis uel more potius scri-
bendi ad te causa fuit duplex. Vna qa cum ipē pro re

tua non secus ac pro mea egissem: cupiebam aliquid certi
posse rescribere. Deinde quod tuo pulcerrimo & ornatissi
mo muneri non inanis eptas: sed aliquid eruditius atq;
grauius rependere cupiebam: ut essent hec initia ac ueluti
fundamenta nrē familiaritatis. Et de re tua quidem ea in
dies expectatio fuit ut neq; spes michi certa neq; despe
ratio afferretur. Aggressum uō me grauius aliqd ad te scri
bere pmagne & incredibiles occupationes mee quasi currē
tem in medio spatio retardarunt. Hec igitur causa dif
ferendi fuit. que tibi quoniam longior uidetur, ut epta
tua grece scripta deprehendi, obsequar plane desiderio
tuo neq; cōmittam, ut dum esse diligentior propero ne
gligentior uideri possim. De negotio igitur tuo quid scri
bam nescio. Ciuitas enim longis belli sumptibus fatiga
ta ac pene exhausta difficiles nobis aures prebet. Erudi
ti uō homines a me cōmonefacti cupiunt quidem ac ma
gnope affectant. sed non ita multi, ut pfici adhuc po
tuerit. Expectabamus nouos magistratus, in qua una
re non sine causa spem habere posse uidebar. Hec publi
ce. Priuatim uō e iuuentute complures sed hanc partē
ambrosius curauit. abeoq; suscepisti credo quantum aut
quale existimari debeat. Traductio uō dionis a te facta
uehementer michi placet. Est enim illustris & erudita &
greco respondens. Talis deniq; ut quāq; sepe alias grece
ipm legerim tamen latinum legisse michi fuerit pio
cundum. De dione autem ipō qd sentiam alias scribā
ad te. Vale

Marco dandulo

EGo tuus tuus ornatissimis suauissimisq; litteris cum re-
spondere uellem; & ubertas uarietasq; orationis tue
michi occurreret: obruebar quasi flumine quodam
rez a te sapienter preclare q; dictaz. nec unde initiu
respondendi facerem satis michi constituebam. An a
uirtutibus exordirer tuis. At illaz ea magnitudo est,
ut non eplē breuitatem, sed uoluminis prolixitatem
efflagitet. Quis enim paucis uerbis tantam sapientiam
grauitatem celsitudinem animi mansuetudinemq; e
narrare queat. An a dicendi nitore & ab hac eruditiss
mo scribendi gne, quod inte uno plurimum eminet,
laudando exornandoq; incipem. At uerebar ne quasi
spectante roscio gestum in scena facerem & sterilis ipe
ieiunusq; uiderer. An amicitiam cōmemorarem no-
stram. At preteritoz esse cōmemoratio solet. Amici
tiam uo nostram presentem uigentemq; conspicimus
Quid ergo faciam. Tuum michi ordinem proponam.
& p tua ipa ut uere dicam uestigia ambulabo. Primu
igitur qd michi tanta tribuis, quanta ego neq; me
reor neq; postulo, proficisca quidem id intelligo ab ī
menso quodam inenarrabili q; amore erga me tuo.
Letatum uo esse te de ciuitatis munere nouiter mi-
chi iniuncto, tacente etiam te certissimus eram. Pu
tas enim me ob hoc ipm dignitate adauctum. cui o-
pinioni consequens est: in amante qdem uoluptas, in
osore autem molestia. Enimuo scias uolo neminem
unq tanta cupiditate honorem appetisse, quanta ego
cupiditate hoc ipm munus euitare atq; reicere nixus

e

. osore .

sum. Noueram enim procellas & estus ciuilium ne-
gotiorum. Jpē autem michi otium & quietudinem uite:
ab his strepitibus uacuum toto animo complectebar.
Non igitur non petii solum, uerū etiam ultro deferē-
tibus restiti. nec restiti modo sed etiam aduersatus
sum. Depulit tandem patrie iussus me de propo-
sito saniore meo, cui ut nosti parendum fuit. qm̄
se exorari non patiebatur. Jn hoc ego munere nūc
uersor: grato quidem aliis, michi uō ipī ut tibi ue-
rum fatear pmolesto. Nos tamen ut in ceteris rebus,
ita in hoc ipō quod patria nobis iniunxit obeundo cu-
ras cogitationesq; nostras ad laudem honestatemq; re-
feremus. Quanq̄ intelligo dum his deseruitur rebus
mirabilem studiorum meorum fieri iacturam. Sed hec qua
liacunq; sint tolerare necesse est. De petro autē uiro
clarissimo tuiq; amantissimo libentissime cōmendatio
nes audiui cum rei.p. nostre gratia, tum etiam homi-
nis michi & semp alias, & nunc maxime tua confirma
tione iocundissimi. Atq; ego sūmam ex illo quoq; susce
pi uoluptatem, qđ qualem te in illius cōmendatione
prospexi, talem illum in tuis amplissimis laudibus re-
ferendis cumulandisq; cognoui. Est autem nequaq̄ mi
rum, cum nichil amabilius uirtute sit in hominibus, ß . nihil amabilius uirtute.
uirtuosos ipōs inter sese plurimum amari. Ego igitur
gratulor legationi urē que et rei maximae ponderē
& difficultate incredibili locoq; & anxietate difficillima
temporis: uirtutes utriusq; uestrum non patefecit qdem,
(erant enim prius quoq; patentes & clare) sed maiorem

in modum tantis difficultatibus illustrauit. Nos itaq; pe-
trum cohortati sumus & cohortari non desistemus, ut fa
mam atq; gloriam factis extendere q̃ maxime ꝑgat.
De te autem fortunisq; tuis non aliter existimamus, q̃
de singulari presidio rez nostraz. Vale, & me ut facis
plurimum ama.

L Eonardus salutẽ dic̃ Guarino. Guarine uiroz optime:
addo etiam doctissime: quid tibi nunc respondeam: aut
quo pacto tarditatem hanc meam & procrastinationem ex
cusem: Occupatum fuisse me: Que fuerit occupatio tan
ta: ꝑ quam facultas non fuerit respondendi: Alieniorem
fuisse animum: Testor deum te michi semp in primis cari-
simum fuisse, quanq̃ conati sint quidam contra moliri.
Quid ergo fuit: nichil protinus nisi mos quidam meus,
ad scribendum tardior. Tu ergo feres equo animo me fe-
cisse idem in te, quod in ceteris facere carissimis soleo. Du
as a te epłas habeo unam ꝓ eterem de controuersia mali
uoloz qui nos inuicem conflictare nitebantur, alteram be
niuolentia & gratulatione refertam, pro hac noua dignita
te mea. De prima hoc dicere michi breuiter licet. factum
esse inscio te, ut quidam homines qui fauorem tuum suis
indignissimis odiis pretexebant. molestissime nos compan
do, ita me contemnerent atq; deprimerent, ut tibi ipsi
si affuisses, qua probitate es dolor & fastidium gigneretur. Non possum negare me indigne tulisse, sed tamen
aduersus illoz improbitatem multa ꝑ me, aduersus aũt
dignitatem tuã nichil dictum fuit. quam moderatio-
nem lacessito presertim non semel sed ꝑ dies singulos dif

ficillimã

ficillimam esse sentiebam. Sed hec ut iam antiqua sunt, sic etiam antiquari facillime patior. Itaq; totam huiusmodi controuersiam preterire ac mandare silentio libet. De noua ista dignitate qd gratularis: est id quidem amoris & beniuolentie tue. Rem tamen scito molestissimam, & cōtra q̄ optarem michi contigisse. Neminem credo tantum adhibuisse conatum pro honore adipiscendo, quantum ego adhibui ne michi mandaretur. Sed quoniam uoluntas ciuitatis nostram diligentiam & repugnantiam superauit: dedimus tandem manus, ne aut superbi nimium, aut ingrati uideremur. Vita tamen illa otiosa litteris studiisq; intenta, iocundior erat michi atq; tranquillior q̄ hec negotiosa & ciuilis. Sed patrie uoluntati parendum fuit, cui neq; repugnare ad extremum, neq; refragari contumaciter debemus. vt socrates in critone sapientissime docet. Id ergo nos fecimus, ad tempus prefinitum ne forte abiecisse nos omnino propositum illud p̄mum existimes. Vale.

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM LIBER SEXTVS INCIPIT.

LEONARDVS SALVTEM DICIT MARrasio siculo. Fons quidam si fabulis picturisq; credimus esse phibetur, in quo senes demersi iuuentam recipiant. Optandissime profecto lymphe, & quas operepretium sit de hibernia taprobanam usq; peregrinando disquirere. Sed aliis quidem ubinam gentium repiantur inuestigare sit cura. Michi uō tu nunc

carminibus tuis, mirabiliſſimi fontis huius latices ut
uere dixerim ſupfudiſti. Juuenescere profecto me ſen
ſi ſtatim atq; illa plegi grauiori q; depoſita etate ad iu-
uentam reduca. Natura hoc fieri dicamus, an alia qua
piam ratione: ut in eoz affectum quos attente inſpici-
mus ſimilitudinem traducamur, quod in riſu & fletu
licet intueri. Te igitur amantem inſpiciens, ac toto affe-
ctu effuſe loquentem: diſpeam ne ipē quoq; amare in-
cepim. Sed ante omnia illud diſcutiendum eſt, quod
de furore ſcripſiſti: ingens. Jndulgere uelis nrō arreti
ne furori. Jd alius forſan aliter. Ego certe ſic accipio
quaſi laudis furor ſit non uituperationis. Sunt enim fu
roris ut a platone traditur: ſpecies due. Vna ex huma
nis prouenies morbis, mala profecto res ac deteſtanda.
a liera ex diuina mentis alienatione. Diuini rurſus fu
roris partes quatuor. Vaticinium. myſterium. poeſis. et
amor. his uō deos totidem preeſſe ueteres putauerunt.
Nam uaticinium appollini. Myſterium dionyſio. Poeticā
muſis. Amorem uenen tribuebant. Et uaticinium qd
tandem ſit, nemo fere qui modo qcq̄ legerit ignorat.
. diuinatio. . Eſt enim diuinatio quedam. Sed non omnis diuinatio ua
. Vaticinium. ticinium eſt. ſed illa tā tuī modo, magnam cui mentem
animumq; deliius inſpirat uates apit q; futura. ut ma
ro inqt. Nam aruſpices & augures & coniectores ac cetera
huiuſmodi turba, nec uates qdem ipſi ſunt, nec eoz
opus uaticinium eſt, ſed ſanoz hominum prudentia &
ingenioſa rez futuraz coniectatio. . Myſteria uō circa re
. Miſteria. ligionem expiationeſq; & propitiationes diuini numinis

uersantur cum uehementiori quadam mentis concitatio
ne. Qualia in sacris libris pmulta ad placandam celestẽ
iram quibusdam supplicijs factitata leguntur. Poema
quoq; eandem determinationem recipit quam á de uati
cinio supra dicebamus. Non enim omne opus poema ẽ.
ne si uersibus quidem constet. sed illud prestans, illud
hac honorata nuncupatione dignum quod afflatu quo-
dam diuino emittitur. Itaq; quanto uaticinium conie
ctioni dignitate prestat, tanto poema quod ex furore fit
sanoꝝ hominum artificio est anteponendum. hinc ille siꝯ
a bono poeta / quasi uesani hominis emisse uoces. Vnde iu
betis ire dee :' Et uirgilius. Dicam horrida bella. Dicã
acies actosq; animis in prelia reges. Tyrrenamq; manum
totamq; sub arma coactam hesperiam maior rerꝝ michi
nascitur ordo. Maius opus moueo. quod totum uaticinã
tis more prolatum est a poeta. Quid ergo uaticinium
quid mysterium. quid ue poema hactenus michi di-
ctum sit. De amore autem postea dicemus. Nunc autẽ
illud ostendendum est, has furoris speties de quibus su
pra diximus non esse malas. Primum enim ut a myste
riis incipiam: quis alienationem istam ac furorem & qua-
si abstractionem raptũq; hominis circa rem diuinam dice
rit esse malam :' Quis iuõ non bonum atq; laudabile :' Am
plo me in loco uersari sentio. Extant enim exempla pe
ne innumerabilia diuinoꝝ hominum, si forte liberet hac
in parte orationem extendere. Sed prolixitatem in re
conspicua reticendam censeo. Circa mysteria igitur fu
rorem non esse malum constat. Quid autem uaticinii

furorem .⁹ Illum quoq; non esse malum uel ex eo patet, qđ bona ꝑmulta ab illo proueniunt. Sybilla quippe & huiusmodi furentes quidem dum essent publice & ꝑua tum multis profuere. Sane uō exiguis aut nullis. Poete quoq; tunc demum boni existunt, cum suo illo corripiuntur furore. Qua de causa uates eos nuncupamus quasi furore quodam correptos. Qui uō absq; furore musaꝝ poeticas ad fores ut inquit plato accedit, sperans quasi arte quadam poetam se bonum euasurum, inanis ipē atq; eius poesis: pre illa que ex furore est, hec que ex prudentia dispditur. Poetaꝝ ergo furor a musis est.

Amantium uō a uenere. Oritur autem hic ex uere pulcritudinis contemplatione, cuius effigiem uisu intuentes acerrimo ac uolentissimo sensuum nrōꝝ stupentes, ac uelut extra nos positi totis affectibus in illum corripimur.

Vt non minus uere q̄ eleganter dictum sit: amantis animam in alieno corpore uitam ducere. Hec igitur uehemens occupatio animi atq; correptio amor uocatur. diuina quedam alienatio ac uelut sui ipsius obliuio & in id cuius pulcritudinem admiramur transfusio. Quem si furorem ac uesaniam appellas: concedam eqdem atq; fatebor, dūmodo intelligas neq; poetam bonum esse ullū posse, nisi huiuscemodi furore correptum: neq; futura preuidere uaticinantes, nisi ꝑ huiusmodi furorem: neq; pfecte atq; eximie deum coli, nisi ꝑ huiusmodi mentis alienationem. De furore igitur hactenus michi dictū sit, prouocato uerbis tuis. Equidem si talis est furor tuus, qualem ipē modo descripsi, non modo indulgeo illi

quod me flagitas / uerū etiam ultro te ad illum cohortor.
Qui enim amorem uituꝑat / quid tandem dici poteſt niſi
dignum eſſe illum / qui extremo inodio cunctoꝝ ueꝛſetur.
Sed hec ſatis / inepta preſertim que longitudinem renuit.
Carmina uō ipſa tua atq; hanc ſcribendi amenitatem uſq;
adeo probo / ut inter naſones & propertios & tibullos te exi-
ſtimem collocandum. hi enim emendatiſſime ornatiſſime
q; omnium elegiam ſcripſiſſe putantur. Sed unum ſcias
uolo me non tam tibi eximiam hanc palmam eſſe tribuen
dam exiſtimare / q̄ amori. Ille eſt enim qui uerba tibi di-
ctat qui ſententias oſtendit qui uarietatem & copiam &
elegantiam ſubminiſtrat. Quod uō me tantope laudas car-
minibus tuis / fateor idem michi quod themiſtocli euenire.
Sed non ego credulus illis. Nam conatum eſſe me atq; co-
nari / cetez longe abeſſe. Te uō nequaq̄ adulatum / ſed be-
niuolentia mei deceptum intelligo. Vale & quotidie ſcri
bere aliquid ut facis dignum amore & muſis ne ceſſes. Glo-
ria quippe agendo periclitandoq; acqritur. Nec ſpectan
tibus corone ſed certantibus parantur. Itez uale. Hon
octobris florentia Mcccc xxviiii.

Cardinali ſcē crucis.

Ego uō gratias habeo patri cartuſienſis cenobii qui deſide-
ratas michi reuerendiſſime paternitatis tue litteras detu
lit. Nam ad eam uſq; diem nullas omnino habueram.
Ex litteris uō ipſis ſūmam equidem ſuſcepi uoluptatem / tū
quod munuſculum illud meum ſatis probatum ſapientiſ
ſimo grauiſſimoq; iudicio tuo pſpexi. cum etiam quod lau
des quedam inerant & cohortationes ad cetera obeunda.

1 quomodo gla
acquirantur
lector attende

Ego igitur tanti uiri iudicio confirmatus non penitus inanem posthac fore opam meam, si qd forsan mandare litteris aggrediar estimabo. De Stephano autem arretino necessario meo quem dignata est. r. p. tua ob litteras meas inter domesticos recipe sumas ago gratias. Et certe nitalem nouissem illum qualem mundities integritasq; domus tue flagitabat, nunq̃ de eo uerbum facere ausus essem. Illi profecto sat erit apud tantum dominũ inter bona probatissime discipline exempla educari. Quem asi nõ expediat tamen ipm. r. p. tue totis affectibus recomendo. Florentie idibus aprilis.

Leonardus salutẽ dicit poggio. Nichil opinor me iuuissent cõmentaria illa tua de bibliothecis germanoꝝ eruta ad uitam aristotelis componendam. hoc enĩ ipm quod tu magnifacere uideris triennio scilicet in disciplina socratis illum fuisse, priusq̃ platoni se traderet, pridiculum esse scito. Socrates enim ut tempora ipa ostendunt, aliquot prius annis obierat diem q̃ aristoteles nasceretur. Quomodo igitur discipulus eius esse potuit qui non erat? Nec ego id ipm qd tu scribis ignorabam a quibusdam parum eruditis traditum. Legeram nãq; & ipe huiusmodi ineptias, sed quia falsum sciebam penitus reiciendum putaui. Ad octogesimum primum etatis annum plato uitam pduxit. Eo adolescente socrates ex dãnatione illa nefaria ueneno interiit. Aristoteles autem longe postea plato-

ni iam plane ſeni & maiori ſexagenario cohesit. Inter ſupremum uō ſocratis diem & aristotelis exortum an ni circiter quatuordecim interfuisse compiuntur. Huic ergo ſcriptori tam manifeste deliranti ego aut de platonis ſtatua & epigrāmate aut de ceteris fidē prestem. Quanq̄ de statua qdem & si maxime uerum foret, uulgarior tamen ea res est q̄ ut litteris mandari expediat. Non enim omnia in describenda uita sunt congerenda, ſed illa dūtaxat que notatione sint digna. Statuas uō philosophoꝝ usitatissimum fuit discipulos habere. Vnde illud est poete quasi irridentis.

Quanq̄ plena omnia gipso chrisippi inuenias. nam pfectissimus hoꝝ est siquis aristoteli similem uel pittacon emit. Et uibet archetipos plutetum seruare cloacas.

Et cicero propter statuam platonis consedimus. Hec igitur diciſſe uelim, quo intelligas me lente admodum & morose singula consideraſſe, que in illius uitam conieci nec q̄cq̄ ponere uoluisse, quod aut falsum aut leue aut ineptum censuerim. De plinio autem quod postulas, nunc fieri non potest q̄m id uolumen apud quendam ex familiaribus exemplū scribenti pretet. Vale.

LEonardus. c. lucensi. Equum fuerat egregie uir siquid a me p litteras tuas querebas, expectare responsionem meam. non autem & quetere simul & tibi ipī respondere. Questio nāq; omnis de re dubia consueuit esse, terminatio autem certitudinem flagitat. Quod si hec licentia hominibus tribuatur

ut et narrent ipsi rem suo arbitratu & falsa pro ueris, incognita pro cognitis asserant deinde ipi met sentẽ tiam ferant que auctoritas erit huiuscemodi iudicio quod non meritum cause sed libido expressenit : in quo idem accusator & iudex idem disceptator & actor idem testis & aduersarius repitur. Verus iudicioꝝ ordo psonas distinguit ut sit alius accusator alius defensor alius iudex. Controuersia uõ omnis fere litigantibus est aut facti aut iuris. Si de facto ambigitur tabulis testibus signis argumentis coniectura probatur. Si de iure equi uel iniqui ratio in medium uenit. Sed ante omnia factum discutiatur oportet. Frustra nempe de iure queritur ubi factum non constet. Hec ut uides cõ munia sunt. Nunc ad nrã regrediamur ut intelligas de quibus conueniat inter nos & de quibus aduersem& & cernas q̃ multa desint ad ueritatem conclusionis tue.

Non potuisse salua fide contra paulum quinisium infer ri bellum a florentino populo dicis. cum esset idem ipe pro adherente eiusdem populi in pace nominatus. Nos autem nominatum confitemur & tamen salua fide bellũ sibi inferri potuisse affirmamus. Hec igitur p̃ma q̃stio iuris est. Quod tu p huiusmodi nominationem remitti priores iniurias & obligationem inter nominantem et nominatum oriri existimas. Nos rem inter alios actam nullam huiusmodi uim habere putamus. Hec igitur iuris. facti uõ illa que sequuntur. Tu occultis insidiis & dolosis simulationibus usum florentinum populum in hoc bello inferendo caluniaris. Nos nullum protinus

dolum nullam simulationem nullas insidias in illo fu
isse certissime scimus. Tu denuntiatum non fuisse bellum
predicas: Nos p filippum qui et uiuit & testimonium p
hibebit denuntiatum fuisse affirmamus. Hec et huiusmo
di de quibus controuersia est prius a te probanda erant
postea lamentanda. Nisi enim facta hec ostendas & illa
supiora fuisse iniusta probes. nulla tibi de his aut que
rela aut exprobratio iusta esse potest. Sed tu nec ista que
sunt facti nec illa que sunt iuris ullo ullo modo probas.
sed ex nuda simplici q; narratione concludis. hoc igit
primum in litteris tuis non probo. Deinde illud uehemẽ
ter reprehendo: quod aut te aut me rebus populoq; admi
sceas quasi nostre sit censure illos corrigere ac non potius
arrogantia uesania q; habere debeat homunculum unum
ex se ipõ nemine deferente tantis de rebus iudicium sibi
assumere presertim inaniter. Quid enim quesb nrã hec
censura proficere potest.? Ne fiant.? At facta sunt. Vt
corrigantur.? Vnde hec auctoritas nobis.? Frustra autem
niti nec aliud se fatigando nisi odium querere extrema
dementia est. Ego tamen inuitus licet qm̃ me prouocas
defensionem scripsi quam tibi mitto. Et qa de re popu
loq; agitur popularibus uerbis uti placuit. ut ppli ipi q;
causa agitur non ab interprete sed ex seipis intelligere
possint. Videbis autem in tractatione ipsius cause q̃ indi
gne leuiterq; prosilueris ad rem tibi non satis notam re-
prehendendum. Vi idus ianuarias.

Leonardus poggio saluẽ. Res protinus risu digna michi

Epla contra d. olim. B. de
ventepduano secretariũ
se re. martiny pp. v.
q sepulcrũ marmoreũ post
eius obitũ filij fi testãto
fabricare

nup occurrit dum iter facio in agrum arretinum. Of
fendi enim boues plostra trahentes anelantesq;. In plo-
stris autem coliũe ferebantur marmore & statue due
non satis fabrefacte. Baseſq; & arculi & hypstilia. Ca
suq; in saltus difficiles coniecta plostra expediri non
poterant. Circũstabant uõ redemptores cum dolabris
purgantes iter adiuuantesq;. Tunc ego nouitatem rei
admiratus. Neq; enim plaustra p eos saltus traduci
neq; marmora importari consuerant. accessi propius
& pcontatus sum quid rei esset. & quonam illa tam mo
lesta onera deferrentur. Tum unus ex redemptoribus
me aspiciens ac simul manu sudorem a facie absterges
ptesus credo laboris, ac secum ipẽ indignans: dii pdant
inqt poetas omnes, & qui fuerunt unq̃ & qui futuri sũt.
Ego q; hoc eius responsum audiens: qd tibi cum poetis ẽ
inquã.? aut qua tandem in re tibi molesti fuere.? In eo
inqt: qd hic poeta qui nup defunctus est, stultus nem
pe homo atq; uentosus: sepulcrum sibi fieri marmore-
um imperauit. Eaq; de causa marmora hec monte-
policianum deferuntur. Sed credo pduca nunq̃ poterũt
difficultate uiaꝝ. Et ego uolens clarius intelligere:
qd ais inq̃.? an montepoliciani poeta quisq̃ decessit.?
Non ibi inqt sed rome, sepulcrum tamen in patria fa-
ciendum sibi testamento prouidit. Atq; hec est imago
eius quam hic cernis. altera uõ parentis quam iuxta
se collocari iussit. Tum ego de patria & de obitu conie-
cturam faciens: audieram enim nup bartholomeũ quẽ-
dam montepolicianensem rome interisse: pecuniaꝝq;

nescio quid reliquisse, interrogauí redemptorem num de eo loquerẽtur. Jlleq; hunc ipm esse annuit. At enim inq̃ cur tu poetis ob hunc asinum maledicis? An tu illum poetam credis fuisse qui nullam neq; scientiam neq; doctrinam cognouit. Stultitia uõ ac uanitate omnes omnino homines superauit. Non nouí inquit illum dum uixit, nec eum nominari unq̃ audiui. sed oppida nigdem sui poetam illum arbitrantur, & si paulo plus pecuniaz reliqsset: deum putarent. Quod si nõ fuit ille poeta nec maledictum poetis uelim. Atq; ego tũc abiens considerare mecum cepi redemptoris uerba q stultum hominem atq; uentosum dixerat, eum qui rome decedens, marmoreum in patria sibi fieri sepulcriũ imperasset. Re enim uera sic est. Nemo qui glorie siue confidat, de sepulcro sibi faciendo unq̃ cogitauit. Operum enim laudabilium fama & claritate nominis cõtentus, satis ob hec ipm posteritati sese putat cõmendatiũ. Quid enim sepulchrum muta res, iuuare sapientẽ põt.? At qd uilius q̃ sepulcrum memoran vitam sileri. Tres eminentissimi impatores uariis seculis fuisse referunt. Cyrus alexander, cesar. Quoz cyrus qui fuit antiqor, nedum sepulcrum insigne appetierit, sed testamento mandauit nullum sibi sepulcrum construi sed in terra humari. Affirmans terram flores producere & segetes & arbores amenissimas pretiosissimasq; efferre. Nec ullã generosiorem sepulcri materiam repiri posse. Jtaq; nuda in humo sepelliri corpus suum iubet, sine ullo penitus marmoris aut structure monumento. Recte

quidem. Virtus enim illius & facta egregia peren
nem sui memoriam pollicebantur futuram. Bella
quippe maxima singulari fortitudine industria q; cõ
fecerat. Victorias plurimas gloriosissime reportarat.
Jmperium medis ademptum in psas transtulerat. Jpẽ
uo mirabili sapientia preditus, uita q; & moribus ut
ita dixerim ciuilissimus. optimis legibus ac sanctissi
ma disciplina partum a se impium cõmunierat. Ex
quo cambise, & ochi & xerxe & artaxerxe & darii lon
gissima ac potentissima successione regnauerũt. hic
ergo tantus ac talis impator, humi sepeliri uoluit.
Marmor autem parium aut nundicium lapidem non
quesiuit. Eadem in cesare & alexandro mens fuit q̃
neutrum de sepulcro sibi faciendo uidemus cogitas
se. Facio contumeliam sũmis uiris, quos in reprehen
dendo hoc uilissimo homine testes adduco. Sed tamen
si excellentissimi uiri hanc uanitatem ambitiosam cũ
laude uitarunt, quantum in hac fece hominis, hec est
superbia deridenda. Tu marmora tibi ex longinquo por
tari. Tu sepulcrum fieri & statuas tibi ipi collocari testa
mento iubes. Quo merito queso. An scientia que in
te nulla fuit. An litteris quas uix quatuor tenebas.
An uita & moribus, qui leuissimus & singulari stultitia
plenus, nichil consilio, cuncta uo temeritate ac uesania
prosequebare. Vez enim si non mores, at genus illi
honestat dignum q; & statua & sepulcro marmoreo facit.
Natum ex patre mercatore circũforaneo. auia ostetrice
Matre fanatica. An propter pecunias sub terram absco

ditas ſtatua dignum te ipm cenſebas .ꝰ hoc ſuberat
unum uidelicet. Verūtamen has ipās pecunias pon
tifex poſt mortem tuam, cum ille tandem in lucem ue-
niſſent: ut ſibi a te furto ſubtractas repoſcit. Quid ſcri
bes queſo in ſepulcro .ꝰ Que acta, quas res geſtas inſi
gnia facies .ꝰ An pater tuus ut aſinos & merces circum
nundinas agebat .ꝰ An auia, ut editos in lucem partus
tollebat .ꝰ puerperis ancillabatur .ꝰ An mater ut in fa-
nis ſoluto crine uolitabat .ꝰ An tu ipē ut pecunias fur-
tim cumulabas .ꝰ An pontifex ut eas pecunias repoſcebat .ꝰ
Hec eſt ſūma rerū tuarū. hec eſt gloria tua atq; tuoꝝ. Que-
talia ſunt: ut tu ſi modo qcq̄ ſaperes: ſinon ut in omni
uita: ſic etiam moriens ſtultitia ac temeritate delatus eſ
ſes teſtamento cauiſſes, ut tu olim pecunias ſic etiā te
tui ſub terram abſconderent, ne riſus & querele materiā
hec tua ſepulcri uanitas ambitio exhiberet.

LEonardus nicolao ſtrozę ſalutē. Vehementer me dele
ctarunt littere tue, quas nunc primum ad me ſcripſi
ſti. Ferebant enim pre ſe & naturam preſtantiſſimam qd
eſt ingenii & diſciplinam uigilantem atq; ſolertem qd
eſt ſtudii ac diligentie. Itaq; michi quidem contigit eta
tem iſtam tuam, & ſenſum etaꝫ litteraꝫ conſideranti, ut
admirabilis quedam ac plane ſupra annos hec tua matu
ritas uideretur. Hec uereor ſi modo tibi ipē non deeris
prestantiſſimum te uirum eſſe euaſurum. Quāobrem
inuigila queſo. ac p ſingulos dies adde inſup aliqd et
accumula conſiderans pmagna in his ſtudiis premia tibi

esse proposita ad constitutionem uite ac nominis ce
lebritatem & gloriam. hec duo crede michi & opes
amplissime consequentur que celebribus uiris ac uir
tute expolitis nunq̃ uolentibus defluere. habes pre
ceptorem eximium cuius imitari diligentiam et
assiduitatem debes. Studium uō tibi sit duplex.
Altez in litterazy peritia. non uulgari ista & cōmu
ni sed diligentiori quadam atq; recondita in qua
precellere te magnopere uolo. Altez in cognitione eaz
rez que ptinent ad uitam & mores. que propterea
humanitatis studia nuncupantur. quod hominem p
ficiant atq; exornent. In hoc genere uaria & mul
tiplex & undecunq; arrepta tibi sit cognitio. Nichil
enim ptermittas quod ad institutionem uite quod
ad decus quod ad laudem ptinere uideatur. Sed eos
legas censeo qui non solum doctrina uez etiam ni
tore orationis & pura litterazy uiuare te possint quales
sunt ciceronis libri & siqui proxime accedunt. Si tam
me audies: fundamenta disciplinamq; hazy rez ab
aristotele pdisces. Ornatum uō orationis & copiam &
omnis uerboy diuitias sermonisq; ut ita loquar dexte
ritatem in his ipsis rebus a cicerone mutuaberis. Vo
lo nāq; prestanti uiro hoc assit ut & rez scientiam ha
beat abundantem & ea ipā que scit illustrare dicēdo
& exornare possit. Hoc autem facere nemo ualebit nĩ
qui multa legerit multa didicerit multa undiq; de
cerpserit. Itaq; non modo a philosophis doctus quod
est huius studii fundamentum. Venī etiam a poetis &

humanitatis studia.

ab oratoribus & ab historicis paratus ueniat oportebit
ut copiosa & uaria ac nulla in re rudis fit tibi oratio.
Breuior sum in his explicandis: quoniam noui te illa
legisse que de studiis & litteris alias a nobis scripta
fuere, in quibus formam huius discipline uel expressi
mus nos quidem: uel certe adumbrauimus. Hanc uo
prestantiam, si tu quēadmodum spero nanciscere: que
nam diuitie cum hoz studioz premiis fuerint conferen
de. Licet enim iuri ciuili studium uendibilius sit
utilitate tamen & dignitate longe ab istis studiis supa
tur. Nam studia qdem ista ad faciendum uirum bonū
tota contendunt, quo nil utilius excogitari potest. Jus
autem ciuile ad faciendum uirum bonum nil ptinet.
Quid enim bonus uir de aqua pluuia arcenda aut de pe
rendinis cognoscendis laboret: aut qui melior erit qs
si partium ancille in fructibus esse censeat q̄ si non cen
seat. Quin etiam bonus uir & legata psoluet, & manda
ta testatoris adimplebit. etiam suscepti testium solen
nitas testamento defuerit. At ius ciuile contra dispo-
nit. Preterea bonitas & uirtus stabilis est. Jus autē lo-
cis et temporibus uariatur ut sepe quod florentie le
gitimum est, ferrarie sit contra legem. Jam uō magnis
ac preclaris uiris non satis decora est hec in litibus et
controuersiis mercennaria uersatio. Jtaq; qui nobili
tate aut diuitiis precellunt, militie dignitate gaudēt
doctoratum uō sibi ad dedecus potius & ignominiam
reputarent. At enim supioribus illis studiis tanta di
gnitas inest ut nemo princeps nemo rex sibi turpe du

ceret ſcientia illaꝝ rez & eloquentia inſigniri. Alexan
drum certe philippus pater anſtoteli tradidit non ad di
ſcendum ius ciuile quod tanto regi ſordidum fuiſſet
ſed ad doctrinam uite ac moꝝ & ad eloquentiam ꝑdiſcen
dam. Omitto uoluptatem iocunditatemq; illoꝝ ſtudioꝝ
que tanta eſt: ut difficile ſit inde mentes reuellere. In
iure autem ciuili ꝑdiſcendo quid tandem eſt preter mera
tedia? Itaq; obſcutans ſcientia non īmerito ab antiquis ap-
pellatur̄. Sed hec ſatis. michi enim ad te ſcribenti potius
his de rebus loqui q̄ aut de familie aut de parentis ami-
citia placuit. Illa enim tempus expectare poſſunt & ſunt
non inducta prius. cohortatione uō ad hec ſtudia nō eſt ui
ſum differre.

L Eonardus ſal dic̄. Atto militi ſaxoferraten̄. Et ſi cogno
ſco me prolixiorem ep̄le debitorem eſſe tamen cum arimi-
nenſis iſte domum ad me ueniſſet & nūq̄d uellem roga
ret. non ꝑmiſi ip̄m ad te uacuum redire lraꝝ meaꝝ. Gau
deo igitur ſemp q; gauiſus ſum proſpera atq; ſecunda de
tuo ſtatu dignitateq; audiſſe. nec puto eſſe quēq̄ amicoꝝ
tuoꝝ qui me in hac parte gaudii atq; beniuolentie antece
dat. Id uō totum proficiſcitur ex ſingulari preſtantia uir
tutum tuaꝝ qui humanitatem sūmam cum grauitate moꝝ
& ſapientia rez gerendaꝝ mirifice coniunxiſti. Vt idem
ti & amari ut facilis & timeri ut fortis & obſeruari ut p̄udēs
mereare. Sed hec cum aliis uberius & ſolutius q̄ tecum de
te. Hunc autem inuitat locus iſte in quo degis ut nō pre
termittam de me aliquid ſcribere. Equidem tanto ardore
generoſam inclitamq; malateſtaꝝ familiam colui: ut

non alienum proceres illi me existimarent/ sed unum de
se ipsis. Vt enim ceteros omittam/ cum inclite memorie
carolo principe illius familie ita aliquādiu uixi/ ut neq;
mensa/ neq; uenatio/ neq; studia litteraꝝ me ab illo seque
strarent. Qui peractis ad occasum uenationibus/ ita redire
ariminum solebamus/ ut duobus uel tribus passuum mil
bus disputando sūmis interdum contentionibus & despera
tis prope clamoribus certaremus. Fuit autem illi ingenium
magnum/ & scientia multaꝝ reꝝ abundans. cetꝝ ita pti
nax in disputando/ ut quod semel dixisset/ semper de
fenderet. Et suppetebat mirabilis quedam copia ratio
num argumentoꝝ q; ad cuncta que assumpserat susti
nenda. Ex quo frequenter fiebat ne clamores contētio
nesq; deessent. Sed idem in omni uirtute ceteris homi
nibus longe/ iudicio/ meo prestitit. Quorsum uō hec:
Vt iunioribus istis procenbus qui illi succedere me no
tum & cōmendatum facias. Vale & latorem hanc lrām in
concessione illius offu quod postulat/ rogo habeas recōmis
sum. Itez uale.

Consolatoria sup obitu parentis sue;

LEonardus nicole sāt. Quoniam publico munere necessario
detentus/ adesse tibi in parentis tue optime atq; prestan
tissime mulieris/ luctuoso funere nequiui: quod reliquū
est/ litteris adimplere officium tentabo. neq; enim confi
do prestare id posse. Et enim cum pietatem filii debere
me illi & habere intelligam/ ac in luctu prope equali
tecum uersor/ sentio profecto me consolatione potius in
digere q̄ alios consolari posse. Que tamen ad rationem de
flectenti animum michi uenire in mentem soleant/ re-

censere constitui, si forsan ea res lenire aliqua expar
te dolorem tuum ualeret. Quid tantope lugemus
inq̃.· Quid afflictamur.· Quasi nõ nouum q̃dã
inopinatumq; acciderit. Num queso uel ignotũ
uel ambiguum fuerat illam esse mortalem.· Nũ
ad maturitatem iam plane suam & senium puenisse.·
Num annoz̃ numerum eum impleſſe, quem uix cen
tesimus quisq; ptingit.· Cursus autem uite cui un
q̃ prosperior aut bonis omnibus cumulatior fuit.·
Quid igitur nobis uolumus.· Quid exposcimus.· Quid
erga supos usq; adeo ingrati atq; puersi sumus.·
Que enim magnope a diis ĩmortalibus precaremur
ea nobis ultro collata non recognoscimus. Bona q̃
dem nisi ego fallor in mulieribus numerantur ge
nus forma. pudicitia fecunditas liberi diuitie, sup
q̃; his omnibus uirtus & probitas. Ego quoq; his
addo ualitudinem prosperam & uite longinquitatẽ.
Nam infracta misera q; ualitudine, etiam supiora
squalent bona, et in breuitate uite, nulla pfecto po
test estimabilis repiri. Hoz igitur omnium, si q̃sq̃
docere potest aliq̃d huic primarie mulieri defuisse,
confitebor eq̃dem non esse illam tantope extollen
dam. Sed q̃d defuit queso hoz omnium que supi
numerata sunt.· Quid non abunde etiam supfu
it.· Nam ut breuiter pcurram singula ab initio ex
ordiens. Maternum illi genus prestantissimũ fuit
ex clarissima familia malatestaz̃. Paternum uõ ex
gente honoratissima ac maxima nrẽ ciuitatis, patre

auo & attauo splẽdidissimis equitibus, forisq; ꝫ domi sume auctoritatis. Quid igitur magnificentius, q d illustrius in hac parte dici potest.? aut qd insignius q̃ tanta claritate maioꝝ honestari.? Forma uo fuit egregia plane atq; magnifica plena honestatis, plena ingenui pudoris. Aderatq; et in proceritate generositas quedam: & in grauitate auctoritas & in negligentia cõmendatio probitatis. Qua quidem in parte quãlibet a zenone stoicisq; reclametur, tamen uetꝝ michi academicoꝝ ꝑipateticoꝝ q; sententia magis probatur qui ut fuco atq; fallaciis affectare falsam opinionem formedãnandum: sic natura largiente uerum decorem grate suscipiendum existimant & in bonis numerandum.

.i. quis ut quantuscunq; aut quãlibet

Nec ego sane lepiditatem aut uetustatem in hac pserti muliere laudarim. sed prestantiam quãdam natiuam & uenerationis plenam dignitatem. Nam de pudicitia quidem illius in qua fuit unum singulare q; exemplũ, tacere melius est q̃ pauca dixisse. Nupta uo fortunatissimo coniugi, diuitiis, opibus, celebritate nominis sue etatis omnium nroꝝ ciuium prestantissimo, numerosam sobolem procreauit. Viditq; multitudinem ex se prognatam filioꝝ filios atq; nepotes. Quanta sunt que so ista que adhuc enumerauimus & quanti existimanda.? Vel q̃ multi repiuntur quibus ista contigerint.?

Vno fortasse aut altero non nulli: cunctis uo simul cumulatis ꝑpauci admodum gloriari possunt. Sed bona animi maxime in ea muliere conspicua fuere. Admirabilis probitas, insignis humanitas, magnificentia liberalitas

q; egregia. maxime q; ad decus & prestantiam erecta
mens. Quid dicam de humanitate mirifica de caritate
in suos, de dilectione in omnes de bonitate deniq; singu-
lari, in qua nullam unq̃ mulierem huic comparandam
me cognouisse affirmare uerissime possum. Prudentia
uõ quanta fuerit, uel ex illo apparet: quod maximam
domum magnas clientelas uaria multiplicia q; negotia
mortuo coniuge, p annos amplius triginta sic guberna
uit: ut nemo consilium aut prudentiam uiri deesse in
tanta administratione unq̃ sentiret, esset q; ipã simul re-
gula moꝝ & integritatis honestatis q; disciplina & norma.
Cum his ulla laudibus ad septuagesimum quartum pue-
nit annum, prospera ualitudine & continuata auctori-
tate. Exitum quoq; uite facilem tranquillum q; sortita:
qualis superi eius moderationi maxime congruebat, de-
siderium sui mirabile filiis propinquis q; reliqt, cũ una
nimi consentiente q; omnium cõmendatione. Ego igit̃
hanc mulierem, pro tantis atq; ita continuatis ad extre-
mum usq; uite diem bonis, nequaq̃ lacrimis decorãdam
puto. sed gratulatione & gloria prosequendam. Nec ad
uersi quicq̃ illi accidisse existimo quod mortua sit. Nec
sane in morte quicq̃ est mali. propterea quod aut ex-
tinguatur protinus omnis sensus & fiat quasi sõno cui-
dam nunq̃ interrupto simillima requies. Qua si est sua
uissimum unius interdum noctis toto spatio sine ulla in
termissione potiri, quanta suauitas in illo sempiterno tem
pore est existimanda. Aut si remaneat sensus uiuant
q; animi nostri post mortem: uiam illam fatalem in

gressos

greſſos, ad meliora domicilia migrare, & cum meli
oribus æſui ſimilibus habitare, eſt proculdubio confi
tendum, ut aut nichil mali ſit in morte, aut multũ
etiam boni. Cum uõ ex duobus alterum neceſſariũ
ſit: & quibuſdam incertum obſcurumq; uideatur. e-
go tamen michi pſuadeo animos hominum eſſe ſem
piternos. atq; optimo cuiq; cum a corporeis uinclis
fuerit liberatus, reditum facilem in celum patere.
Vbi nunc illa conſiſtens ac tenebris exuta puro intui
tu: diuina illa ſpectacula contemplans: imbecillitatẽ
noſtram miſeretur. ſeq; nunc tandem uiuere: nrãm
uõ hanc quam uitam dicimus mortem eſſe cogno-
ſcit. Equidem homini iam plane ſeni, qui cum laude
eximia uixerit: optandam etiam mortem exiſtimo.
cum et impendeant quotidie pmulta quibus piculũ
eſt ne extrema aliqua labe ſupioris uite ſplendor &
gloria deturpetur. Vt priamo regi & pompeio accidit,
quoz utrunq; calamitateſ extreme, ex ſupiori felici
tate, miſerabilem reddidere, Vel ut iſta ceſſent, ta
men illud eſt certiſſimum etate longius prouectis
incõmodum: qd neceſſe ſit quodãmodo hebetari ſen-
ſus, uidere q; deterius atq; audire, et in ceteris mul
tis, natura ipã debilitari & frangi. Vt optime cum illa
actum in hoc ſuo diceſſu putare debeamus. Quod ſi
nrãm uicem dolemus, qa uidelicet ſpoliati illius pre-
ſidio atq; ſolatio ſumus: iſq; nos meror afficit: et in
luctum impellit uidendum eſt, ne nimis ingrate atq;
iniuſte cõmodum noſtrum illius cõmodo anteferam.

Amor uerus.

Amor enim uerus/ ad eius quam diligimus causam/ nō ad nostram est referendus. Si enim ætas illius non ingraueſcens: ante parta laus. & fortune mobilitas hoc flagitant: ut illam ad extremum uite diem/ quasi in portum quēdam/ ex longa periculosa q; nauiga-tione tuto se recepisse gratulandum sit atq; letandum/ nolimus queso illius cōmodum lamentari aut deflere. Deniq; illa certe qua beniuolentia fuit hoc nos in dolore uersari pmoleste fert. et ceſſare nos iubet atq; deſiſtere cui etiam mortue parere & condonare merorem nostrum debemus, & quantum natura patitur/ moderate pferre.

Leonardus cyriaco salutem. Melius erat o cyriace: nō tantum sape quantum sapis. Siqdem te scientem aliqȝ errata conturbant. que ab ignorante nulla molestia preterirentur. Habet enim ignorantia multis in malis qddam boni, qd minus angitur qa minus sentit. Atq; ut ad postulata ueniam tua: admiratum te dicis in hoc nouo sigiſmundi principis aduentu: qd q ante coronationem se regem scriberet romanoȝ. post coronationem quasi maius quiddam & digniius exp̄mere uolens/ imperatorem se nuncupabat non regem. Quod tu perperam factum arbitraris. Itaq; id reprendisse ais. & queris a me num idem sentiam quod tu. an contra putem. Ego uō et in his & in aliis pmultis plurima quotidie michi uideor errata cognoscere. Sed utor democriti regula/ rideo enim illa/ non fleo. Quid

enim mea refert quẽadmodum barbari loquantur q̃s
neq; corrigere possim si uelim: neq; magnope uelim
si possim. De rege tamen & impatore idem sentio quod
tu. & iam pridem ridens barbariem istam hoc ipm no-
tau atq; redargui. Tres enim gradus maioꝝ dignita
tum apud romanos de quoꝝ principe loquimur fue
re. rex dictator' impator'. Ex his suprema omnium
potestas rex est. Post regem uõ secundum tenuit di
gnitatis locum dictatura. Post dictaturam imptum
tertio gradu consequitur. huiusce rei probatio est: qd
ottauiano impatori optime se gerenti, uolens senatus
populusq; romanus dignitatem augere: pro impato
re dictatorem facere decreuit. Quod ille non recepit,
sed flexo genu recusauit, quasi maioris fastus maio-
risq; inuidie dignitatem, existimans impatoris nom̃
modicum ac populare, si ad dictatoris fastigium compa
retur. Inferioris ergo dignitatis impator est q̃ dictator
ut ex hoc patet. Maiorem uõ esse regiam potestatem q̃
dictatura ex eo potest intelligi: qd iulius cesar dictator
cum esset, affectauit regem fieri, cuius gratia inter
fectus est non ferentibus ciuibus ut regiam assumeret
potestatem. sed dictaturam ut pote minorem, equis ani-
mis in eo patientibus. hec igitur que adhuc dixi: et
si nulla penitus alia supadderentur: tamen ipa p se uel
sola probant abunde, regium nomen q̃ impatorium
esse prestantius. nisi forte aut senatum dum pro impa
tore dictatorem facere uolebat: aut cesarem dum ex
dictatura rex fieri cupiebat: non intellexisse uim istaꝝ

dignitatum existimemus. Sed nolo his esse contentus pre
sertim ad te scribens / cuius aures noui q̃ auidissime sint ue
tustatis simul ac ueritatis. Explicemus ergo singulor4 na
turam quo cognita & inter se comparata differentiam sui
dilucide nobis ostendant. Regem omnes sic accipiunt,
quasi suprema quedam & absoluta sit potestas / supra quẽ
in suo regno nemo sit / sed ipẽ presit omnibus. Ex quo fit
ut rex nisi unus dũtaxat esse non possit. Plures enim
reges simul eidem regno presidentes sese mutuo impe
dirent naturamq; perimerent regis que non omnibus p̃es
set / sed haberet paritatem. Patet hoc in antiquis moderniſ
q; regibus. Neq; enim numa neq; hostilius neq; ancus
neq; alii deinceps romani reges / consortem aut socium re
gni habuere. De romulo & tacio ferunt sed alter sabinor4
alter romanor4 rex erat et in propinquo collati repugnãte
natura sese passi non sunt. In modernis quoq; regibus i
dem apparet. Neq; enim francor4 neq; anglor4 plures si
mul reges regnum gubernant / sed unus & solus / cui fratres
cui patrui / cui propinqui omnes genua submittunt. Ces
sit iam quandoq; apud hos filio pater / ac regiam potesta
tem habere / contra naturam est huius dignitatis. At impa
tores simul plures sepissime fuerunt. Non est enim supre
ma potestas impium / sed salua re publica salua auctorita
te senatus & populi / salua libertate impator creabatur. Est
etrim impium armor4 exercituum q; ad tutandam augen
damq; rem publicam cõmissa auctoritas. Itaq; impatore exi
stente / nichilominus consules pretoresq; ac ceteri magistra
tus in re.p. manebant. Rege autem existente manere

nõ poterant quod patet ex dictatura. Illa enim qđ uim
quãdam regie potestatis habere uidebatur: simulatq; in
ducta fuerat in rem.p. ceteri magistratus omnes interibãt.
& abrogati p creationem dictatoris censebantur preter tri
bunos plebis. Et in hoc differebat dictator a rege: qđ di
ctatore existente plebs plebiq; magistratus uim auctori
tatemq; suam retinebant. Rege autem existente tribu
nitia potestas plebisq; auctoritas omnis omnino solueba
tur. At enim cum impatore cuncti simul magistrat'
in re.p. perstabant & auctoritas uigebat senatus & po
puli libertas seruabatur. Ex quo apparet impatorem
non esse dominum sed legitimam potestatem. Nisi for
san crispum salustium ignorasse uim dignitatem q; im
peratorii nominis arbitremur qui inqt. Nam cum ti
te p mollitiem agas exercitum supplicio cogere: id est
dominum non impatorem esse. Volo insup unam ut
alteram rationem inducere quo maioris dignitatis re
gium nomen esse ostendam. Impium enim quibus-
dam magistratibus recte tribuimus. Nam omnes qui
iurisdictionem exercent ac punire & cõhercere possunt,
impium habere dicamus. At regnum habere illos nũq
diceremus, quoniam nomen impii legitimam potesta
tem significat, regnum autem habere supra leges esset
P reterea que deo tribuimus uocabula: ea prestantissima
sunt existimanda. Cum enim deus ineffabiliter ex-
celleat: nec ulla humana repiri digna possint eius
maiestate, illa deo tribuimus que apud nos sunt
maxima: quoniam maiora tribuere non habemus

Deum autem regem nuncupamus/ ac regnum celoꝝ
dicimus. ut sacre littere poetęq; testantur. impato
rem uō qui deum uocaret uix quisq̄ repitur. Pro-
pterea qđ rex potestatem supremam absolutam q; si
gnificat. impator uō longe inferiorem. Ex his om
nibus luce clarius apparet qui impatorium nomen
regio nomini anteferunt eos in maxima ignoratio-
ne uersari Sed heus tu qui hunc errorem notasti.
cur alium huic annexum tacitus preteristi. Coro-
nari uō impatorem, ubinam gentium mos fuit. Quis
impatorem romanum antiquis illis temporibus corona
tum fuisse unq̄ audiuit aut legit. Non augustum
non tiberium non caligulam non neronem, cum
presertim hi duo extremi intolerande supbie ac lu
xurie forent. Non traianum, non adrianum non
antoninum. nemo inq̄ istoꝝ coronam impii unq̄ su
scepit aut habuit, aut usus est, nisi forte lauream cū
triumphasset aut rostratam qđ classem hostium ce
pisset. que due corone non impatoꝝ erant magis q̄
quorūcunq; triumphantium aut uincentium. An ergo
qđ illi tantam impii magnitudinem habentes non fa
ciebant. hi quatuor iugerum possessores coronabunt.
Enim uō non ut impatores sed ut reges romani coronant
Cur ergo se post coronationem impatores scribunt non
reges. Deinde totum hoc ignorantie est: cum ne re
ges quidem romanos unq̄ coronari mos fuerit. Roma
lus enim & hi qui post eum fuerunt reges nunq̄ coro
nam recepunt aut gestarunt aut usi sunt. Idem q̄q;

obſeruatum eſt a tuſcoꝝ regibus. ut nunq̃ corona ute
rentur ſed trabea dūtaxat & palmata tunica. Quare
hanc barbariem queſo cum ſua ignorantia ualere ſina
mus & nos antiquis doctiſſimoꝝ uiroꝝ ſcriptis quod
unicum eſt refugium oblectemur. non curioſi quid
agant iſti. aut quẽadmodum loquantur. Vale.

LEonardus Hauio foroliuiẽſi ſal. Ne forſan tu aliter
accipias q̃ ego, uel ego q̃ tu: placet ante omnia con
ſtituere, quid nobis in controuerſiam uenit. Queſtio
noſtra in eo conſiſtit: quod tu apud ueteres unum
eundemq; ſermonem omnium putas, nec alium uul
garem alium litteratum. Ego autem ut nunc eſt ſic
etiam tunc diſtinctam fuiſſe uulgarem linguam a lit
terata exiſtimo. Preſſius quoq; ſi placet iſta conſcriba
mus, ut certo tempore loco q; diffiniantur. Nam qui
apud ueteres dicit nec tempus nec locum ſatis certum
deſignat. Sit igitur queſtio utrum rome p terentii po
ete & M. tullii tempora uulgus ita loquebatur ut lo
quuntur ii quos nunc latine litterate q; loqui dicimus.
uel alius fuerit uulgi ſermo alius litteratoꝝ. Tua qui
dem prima ac potiſſima ratio eſt, quod oratores in ſe
natu iudiciiſq; & contionibus latine orabant, quod nõ
feciſſent niſi a cunctis intelligerentur. Preterea terentii
plauti q; cõmedie recitabantur ad populum ea ipã lin
gua qua ſcripte ſunt. Id q; ſignum eſſe ais, qđ eodem
modo uulgus loquebatur. Quomodo enim delectaret:
niſi intelligerentur. ¶ Hec tibi firmiſſime probationes ui-

. Queſtio.

An apud veteres fuit idem ſermo uulgaris & litteratus.

. preſſius.

dentur ac certissima argumenta opinionis tue. Ego autē
non maiora ista puto q̄ nunc sit euangelia missa q̄; so-
lennia latine ac litterate in audientium turba pronūtiari.
Intelligunt enim homines licet illitterati sint. Nec tamen
ipsi ita loquuntur nec illo modo loqui scirent licet intel-
ligant. propterea q̄t longe facilius est intelligere alie-
num sermonem q̄ proferre. Discutiamus igitur si placet
argumenta tua. & quid ualeant uideamus. Neq; enim
signis & opinionibus tam assentiri nos decet q̄ necessariis
rationibus. Nam opinio & existimatio sepissime fallitur.
Duo quidem argumenta p te inducuntur. Vnum oratoꝝ
alteꝝ poetaꝝ. Videamus ergo utrunq;. Primum igitur
oratores q̄t in senatu iudiciis q; latine litterateq; loque-
rentur nichil opinionem tuam adiuuat. Erat enim in
senatu & iudiciis ad homines litteratos oratoris sermo. Itaq;
hec duo loca nichil ad rem ptinent tuam. Restat contio.
in qua ad doctos simul indoctosq; habebatur oratio. Neq;
enim appellatione populi turba solum & infime sortis ho-
mines. sed nobiles & ignobiles docti q; & indocti significā
tur. Itaq; non ad pistores tantum & lanistas. sed multo
magis ad eos qui in rei p. gubernatione uersabantur. et
quoꝝ intererat quid populus decerneret. orator loqueba
tur. Prestantes igitur homines oratorem latine litterate
q; contionantem preclare intelligebant. Pistores uō & lani
ste & huiusmodi turba sic intelligebant oratoris uerba.
ut nunc intelligunt missaꝝ solennia. Nam illud nos la-
tere non debet. oratores ipsos aliter scripsisse orationes
suas q̄ dixerant quod & apud grecos & apud latinos ex

ploratissimum est. Non qđ diuersum scriberent: sed qđ ornatius & comptius id ipm qđ dixerant litteris mandabant. Vt quedam in contione dicta: uerbis forsan uulgatis & aptis & ad intelligentiam accōmodatis: limatius postea contractiusq; scripta legantur. Et de oratoribus quidem hec michi dicta sint. In senatu enim & iudiciis ad scientes litteras loquebantur litterate. In contionibus uero etiam ad scientes. Aderant quoq; indocti quidam. hi sic intelligebant oratoris uerba: ut nunc intelligunt missay solennia. Quare hec tua oratoy inducta ratio non efficit id quod uis. habet enim apparentiam quandam prima fronte sed si trite discutiatur nichil admodum importat. De poetis autem eoy q; fabulis uideo te longe aliter sentire q̄ ego sentiam. Tu enim turbam conuenisse putas ad carmina poete intelligenda. Ego autem conuenisse puto ad ludos scenicos spectandos. Itaq; non auditores qui aderant sed spectatores dicebantur. Agebatur enim fabula magno ediliū apparatu nec solum gestibus uey etiam tibiay modis & psonatu e scena prodibant. Ad hec me hercule spectanda: non minus hodie populus concurreret q̄ tunc concurrebat. Quod autem uera dico ex plauti terentiiq; prologis comediay intelligi potest. Tote enim ex illoy q agebant opa uidentur pendere. Acta ludis funebribus modos fecit flaccus clau dii tibūs dispanbus. Non dicit recitata sed acta. Agere uō quid est nisi representare actuq; referre.· Quid tibiis modos facere.· nisi multitudinem ad spectandum allicere.· Hechira est huic nomen fabule. ea cum acta est noua nouū interuenit uitium & calamitas. ut neq; spectari neq; cogno-

quid sit agere.

sci potuerit. Ita populus studio stupidus in funabulo animum occuparat. Et paulo post. In iis quas primū cecilii didici nouas partim sum exactus. partim uix steti. Quia sciebam dubiam fortunam esse scenicam spe incerta certum michi laborem substuli. easdem agere cepi. ut ab eodem alias discerem nouas. Quod ingt didici nouas & alias discerem: apte ostendit ne actores q̄dem ipōs scripta poetaꝝ intelligere: nisi a poetis p̄mo illa didicissent. Si igitur magistri ipī agendi non intelligebant: multo minus turba & multitudo. Sed ludos spectabat turba: non uerba excaudiebat oculoꝝ tantum aspectu & tibiaꝝ sono distinebatur. Quod ā subicit. quia sciebam dubiam fortunam esse scenicā idem probat quod dixi. Fortuna enim in scenicis ludis erat. non in poete stilo atq; ingenio. hoc enī in eoꝝ qui legunt iudicio repositum est. nec fortune subiacet. Actio autem & tibie & huiusmodi ludicra fortune spectantium subiacebant. Et paulo post. Perfeci ingt ut spectarentur non dicat intelligerent. sed ut spectarentur. Quod totum est iudicium oculoꝝ. Et paulo post. Vobis potestas data est condecorandi ludos scenicos. Nolite sinere p uos artem musicam recidere ad paucos. Ex his omnibus patet ad ludos scenicos & tibias & etoꝝ psonas spectandum multitudinem conuenisse. Poete autem uerba ne actores quidem ipōs intellexisse nisi prius docerentur. Nichil igitur poete, nichil eoꝝ fabule ad sermonem uulgi ptinent. Non enī intellectū uerboꝝ

ſed ſpectaculum ludoꝝ uulgus ſequebatur. Quoni
am illa que putabas firmiſſima tue opinionis funda
menta: nichil ualere oſtendi: docebo iam ipē im
poſſibile eſſe uulgus ullo modo quo tu putas eſſe locu
tum. hoc tantum premiſſo. Tu ne queſo Flauí cum ſis
uir doctus ac litteris expolitus: uel alíi q tecum ſen
tiunt: animum inducere poteſtis. ut credatis nutri
ces & mulierculas & huiuſmodi turbam / ita tunc na
ſci / ut que nos tot magiſtris tanto uſu uix tenemus:
illí nullis magiſtris aſſequerentur & eo modo loque
rentur quēadmodum ii qui latine litterateq; loquūt
intelligerentq; poetaꝝ comedias nullo prius eos doce
te. Profecto ualde abſurdum eſt ita credere. Atq latina
lingua a uulgari in multis differt. plurimum tamen
terminatione / inflexione / ſignificatione / conſtructio
ne & accentu. De quibus omnibus ſimul dicamus.
Nam ſeorſum proſequi ſingula longum foret. Mulier
cule igitur ille ac nutrices tue ſi de ſupellectili recte
dicendum erit: ſupellex dicent. Rurſus uō ſi inclinā
dum. ita ut poſſeſſionem uel generationem ſignificet:
ſupellectilis dicent & ſi poſcat intentio: ſupellectili ſupel
lectilem uariabunt. Eedemq; cum pluraliter dicendū
erit ſupellectilia uariato genere pronuntiabunt & ſupel
lectilium & ſupellectilibus. Per deum īmortalem / nō
ne uidetis impoſſibilia uos credere. Difficile nomen
capis inqes. At tu facilius aliquod cape. Dominus
recto dicent. Flectent uō cum opus erit / ut dicant do
mini / domino / dominum. Et ſi de feminis dicendum

dicendum ſit: dominabus, filiabus libertabus dicent. que de maribus dominis, filiis libertaſq; dixerunt. Vix me hercule cum diſciplina & regula hec facerent, nedum ſine diſciplina & regula.. Fero uerbum eſt. a quo tuli latum ſubſtuli ſublatum. cado cecidi ſi caſum ſignificet, ſi cedem cecidi media producta. Jſta queſo internoſcent mulieres & turba atq; ita loquentur. Pulſo & uapulo alterum actiue. alterum paſſiue dicimus eadem uoce. Ego uapulando ille uerberando, uſq; ambo defeſſi ſumus inqt poeta. Tu mulierculas & nutrices & huiuſmodi quiſq; lias: hec intelligere ac eodem modo loqui putas.· Abfuit & defuit, duo ſunt quoq; alteq; laudem, alterum uituperationem ſignificat. Sinapis latine dicimus media producta & polixena breui penultima. Virgili autem & mercurii uocatiuo penultimam natura breuem pronuntiamus ut longam. Video te. inuideo tibi. Dico tibi ſalutem. interdico tibi bonis non bona. hec ne queſo mulierculę & nutrices & uulgus inlitteratum dicent: que nos litterati uix dicẽ ualemus.· Quid ſi probo p ea tempora uulgarem ſermonẽ diſtinctum a litterato fuiſſe.· nonne deſiſtere debes talia opinari. Duellium qui claſſe penos ſupauit: uulgo bellum appellatum fuiſſe cicero tradit. Ergo aliter uulgus aliter litterati nuncupabant. Varro uillam ab ueho dictam putat. Adducat uõ coniecturam quod ruſtici pro uilla uella dicunt. pro uectura quoq; uellatura. q d amplius egemus teſtibus.· A uulgo uellatura & uella. a litteratis uectura & uilla dicebatur. Alius ergo uulgi ſermo Alius litteratoq. At enim cicero inqt de

quodam putabatur bene latine loqui sed litteras ne
sciebat. Non diceret hec cicero nisi sibi in illo uno ad
mirabile uideretur. Quod enim miratur in illo quasi
singulare, probat in aliis hec nusq̄ fuisse. At contio
clamauit cum a carbone diceretur patris dictum sapi
ens filii temeritas comprobauit. Quidni.? cum ades
sent in contione docti complures & inter ceteros M.
cicero. Se enim in contione stante hoc dictum fuisse
testatur. Deniq; iudicium numerositatis cōmune est
aurium & non intellectu rez: sed longitudine bre-
uitateq; spiritus annotatur. At filia lelii preclare la
tine. Et me hercule saphos preclare grecas uersibus
scripsit poemata. Quis enim negat, mulieres quas-
dam doctas fuisse. Vt corneliam graccoz. & epichar-
mi poete filias. & alias grecaz latinazq; complures
At t. c. curio nichil admodum sciebat litteraz. tamen est
inter oratores numeratus splendore & copia optimoz
uerboz. Credo studia hec maiora non attigerat. Sed
idem curio orationes suas & dialogos scripsit. Qui
autem cogitationes suas litteris mandarit, eum dice-
mus litteras nesciuisse.? At domus ei contulit ad uerboz
copiam fateor. Parentes enim litterati et serui, matres
etiam si elegantes sint, adiuuare eloquentiam filioz pos-
sunt. Deniq; etiam hodie mulieres romane iudicio meo,
elegantissime loquuntur & purius certe q̄ uiri. Et q̄q̄
non litteratus sit ea, sermo, potest tamen figura ipsa
dicendi nitorq; uerboz eloquentiam adiuuare. Me
audiente. matrona quedam romana qđ se antecederet

plebeia indignabatur. Pro deum inqt q̃ omnis obſeruã-
tia omniſq; conſuetudo laudabilis p̃ hec tempora defe-
cit, q̃ confuſi ſunt ordines cuncta graduſq; dignitatis
Deinde conuerſa ad eam quam indignabatur. Tu ne
inqt, cum ſis plebeio patre plebeioq; uiro me equeſtri
familia ortam equitiq; romano nuptam antecedere
non erubeſcis. Sed qd ego de me. Jam ſi deo placet
etiam te patriciis mulieribus antepones. Hec illa puro
natiuoq; romano proferebat ſermone. ita ut admodum
ſim eqdem delectatus. cum & uerba nitorem grauitatẽ
q; ſententie & pronuntiatio ipã uernaculam quãdam
haberet ſuauitatem. Hoc ego modo filiis matres et
nutrices alũnis profuiſſe ad elegantiam puto. Nõ qd
caſus inflecterent aut uerba uariarent ac terminarent
litterate. ſed qd purum & nitidum. ac minime barbaz
ſermonem infunderent. Nam & habet uulgaris ſermo
cõmendationem ſuam, ut apud dantem poetam, & a
lios quoſdam emendate loquentes apparet. Hec ad li-
bellum tuum reſpondiſſe uolui. Quibus ſi te in ſentẽ
tiam traxi. ſatis dictum puto. Si p̃ſtas in opinione tua
nec rationum neceſſitati cedis: plura etiam polliceor
in eam ſententiam me eſſe dicturum. Vale.

LEonardus filelfo ſal. Lapo quem michi p̃ tuas litteras
cõmendas obtuli equidem me & mea. erit q; poſt hac
in eo ſi uti uolet, cum ob cõmendationem tuam, tum
etiam ob naturam meam, que ſtudioſis hominibus ſpon
te beniuolentiam caritatemq; imput. Quod autem

certior fieri cupis de rebus meis. eadem est conditio que prius. Illud enim nostrum tenemus instituti: ut rei p. quod debetur a nobis officium sincere exhibeam?. In ceteris uo nequaq curiosi. Tempus autem quodcuq; nobis ab officio supsit: libenter ad studia referimus lucrata. Aggressi nempe sumus post discessum tuu aristotelis politicoz libros pficere quos ut scis traducẽ iã pridem cepamus. In his nunc uersatur plurimum cura & cogitatio nostra. Vale.

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM LIBER SEPTIMVS INCIPIT.

LEONARDVS COSMO SALVTEM. IN sympolio platonis amenissimo omnium librorum socratis: socratis philosophi laudes: festiue simul peritq; enarrat alcibiades. Eius uerba tibi mittere constitui in latinum sermonem tradu cta. Dico igitur inqt alcibiades socratem esse psimilẽ sirenis ustis qui ab scultoribus inter uirgines figurantur quos faciunt artifices fistulas aut tibias tenere. Qui si bifariam diuisi atq; apti sint: repiuntur intus imagines habere deoz. Rursusq; eum dico psimilem esse satyro marsie. Et qd aspectu qdem psimilis eis es neq; qdem o socrates negabis. Qd uo in aliis quoq; similitudinem eoz habes: deinceps iamaudi. Procax quidem es an non? Si non fateris eqdem testes adducam. An non cantator longe melior q marsias? Ille

enim instrumentis quibusdam homines trahebat aboris po-
tentia. Et nunc etiam siquis modulationem illius canat.
Nam illa que olympus cecinit, ab eo doctus. marsiam dico
cecinisse. Que igitur ille carmina cecinit. siue bonus al
ter quis siue malus ea canat. sola abstrahunt animos o
stendunt q; quinam diis & mysteriis indigent ex eo qđ
sacra sunt. Tu autem illi tantum superexcellis ut sine ullo
instrumento. nudis quidem uerbis hoc idem efficis. Nos
certe quotiens alium audimus alterius uerba referentē.
& si nimium boni oratoris. tamen nullius utrita dixerim
illa facimus. At cum te quis audit. uel cum tua uerba
referente alio. q̃uis ineptus ille sit qui refert & siue uir
siue femina. siue adolescens. obstupescimus quidem ac
mente corripimur. Eqdem nisi ebrius nimium michi ip̃
uiderer. iureiurando interposito affirmarem. qualia ab
huius uerbis michi diudum contigerint. contingantq;
etiam nunc quotiens hunc audio. Multo certe magis q̃ ii
qui coribantum more deferuntur. cor in me concitatur
ob huius uerba. lacrimasq; effundit. Videoq; multis
aliis hoc idem contingere. Et dum periclem audio.
ceterosq; oratores bonos uidentur illi michi preclare
dicere. sed nichil tale michi contingit. neq; concitatur
animus. neq; seip̃m quasi seruiliter uiuentem cõden
nat. Sed ab hoccine marsia nostro sepe ita inflector.
ut existimem nullo modo in hoc statu uite michi esse
uiuendum. Quin etiam certe scio si nunc in hoc ipõ tem
pore aures illi prestare uelim. quia nequaq̃ tolerañ
sed eadem illa michi euenirent. Cogit enim me fate

ri/ qđ cum ipē ego in multis deficiam tamen me ipsum
negligo reiq; populi athenienſium curo. Vi ergo qua
ſi aduerſum ſyrenas obturans aures/ hunc fugio ac uito
ne apud eum ſedens conſeneſcam. Patior uō erga hūc
qđ nemo exiſtimaret ut cuiuſq̄ pudore ac uerecundia
detineret. Conſcius enim michi ſum defendere non
poſſe quin ſint agenda que iubet, ſed cum ab eo diſce-
do cupiditate ambitioneq; me ſupari. Fugio ergo iſtum
atq; uito/ & quotiens ipſum intuetor/ pudor ac uerecū
dia me capit/ ut ſepe cupiam hunc in rebus humanis
non eſſe. Rurſus uō ſi hoc acciderēt/ ſcio qđ longe
magis dolerem. Itaq; quo me uertam/ aut quēadmo
dum hoc utar/ neſcio. Et a cantu qdem ac modulatio
nibus ſatyri huius talia michi & aliis contigerunt. Ce
tera uō audite/ ut ſimilis ſit his quibus eum aſſimi
lauī. & uim q̄ admirabilem habeat intueamini. Pro cer
to qdem ſcitote o uiri conuiue/ neminem ueſtrum ſo
cratem cognoſcere. Sed ego patefaciam ipm atq; o-
ſtendam/ quando qdem dicere incepi. Cernitis enim
ut formoſitatem ut diuitias: ut honores: ut cetera hu
iuſmodi admirari uidetur: ut ea laudet & obſtupeſcat.
Scitote igitur eum hac habitus forma exterius amicti
tanq̄ ſculptus qdam ſilenus. Intus uō ſi apiatur/ quā
ta dii īmortales ineſt caſtimonia: quanta integritas:
Sciatis enim qa neq; pulcritudinem corporis cuiuſq̄ qc
q̄ extimat. neq; diuitias/ neq; honores/ neq; cetera que
uulgus admiratur. ſed ea cuncta longe ſpernit ac pro
nichilo ducit. Fingit tamen aliter ac iocari de his re-

bus erga homines nunq̃ cessat. Serio autem agentis atq; intus aperta nescio si quisq̃ uestrum pretiosissimam illius aspexit imaginem. Ego certe quandoq; eam conspexi. ac michi uisa est usq; adeo diuina & aurea & formosa & mirabilis: ut nullo modo fas sit ame silentio preteriri. Eqdem iam quodam tẽpore uiri conuiue magnum aliqd & mirificum de me ipõ ac de formositate mea sapiebam. Ardebã uõ discendi cupiditate. Non dicerem ea que dicturus sum: nisi apud eos conuiuas loquerer/ qs semp quasi uesano quodam philosophie furore correptos bachantesq; prospexi phedros agathones trasymachos pausanias aristodemos, aristophanes, socratem denicq; ipm & ceteros. Hec enim nisi sauciis eodemq; modo affectus narranda non essent. Quare uos audientes michi ueniam dabitis pro iis que tũc a me facta & nunc dicta fuerint. Famuli autem & siquis alter assit profanus & agrestis: nimium fortiter aures obturent. Ego igitur a districtus uehementiori philosophie morsu. & siue cor siue animum. siue quomodocunq; id appellandum sit sauci us cupiditate in philosophia sermonum qui occupant magna uiolentia iuuenilem animum: neq; dimittunt cum semel momorderint: compelluntq; ad qcqd tandem sit faciendum atq; dicendum: illud unum eni xissime conandum michi proposueram quomodo socratem ad explendam hanc mei animi cupiditatem michi adiutorem q̃ coniunctissimum facerem. Itaq;

totis ut ita dixerim castris, illi insidiatus sum & for-
ma & diuitiis & omnifariam illecebris, quibus pmo
ueri homines solent. Pudet me referre quas illi in
sidias tetenderim q̃ ingeniose q̃ efficaciter q̃ uel dis
simulanter uel apte. Deniq; cuncta exptus nichil
unq̃ proficere ualui. Nam opibus aut diuitiis ne ipe
quidem multum sperabam illum posse deflecti. Ne-
q; forma ceteriq; illecebris quibus ego maxime fide-
bam in aliquo unq̃ deflecti sanctitas eius & integritas
potuit. Hominemq; plane totum intus prospexi atq;
intuitus sum pretiosissimam illius effigiem mirabi
li stupendaq; sanctimonia preditam, occultentemq;
iocundis uerbis internam mentis animiq; seuerita
tem. Itaq; licet ab eo spretus atq; contemptus uidebar
pseueraui tamen in eius amicitia sapientiam con
stantiam et integritatem hominis obstupescens. Viru
talem nactus, qualem me reperturum esse nullum
credideram. Procedente post hec tempore, militia il
li simul michiq; obuenit ad potideam. Fuimusq;
socrates & ego in eo exercitu contubernales. Quid
autem illic egerit queso attendite. Primum enim
labor, patientia, non me solum sed alios omnes lon
ge superabat. Et siquo in loco ut accidere solet in bello:
commeatus deficeret, nulli pares huic repiebantur ad
famem sitimq; pferendam. Rursus uo in abundan
tia rez & conuersatione mensaq; militari, solus iste
frui posse uidebatur. Et quanq̃ bibere nollet, tamen
si cogebatur, omnes protinus bibendo longe uincebat.

commeatus

Et qd mirabile est, ebrium nunq̃ eum quisq̃ conspexit.
A duersus autem hiemes & frigora que illis in locis aspri-
ma sunt: mirabilia faciebat. Quandoq; enim gelu maxi
mo intollerabili q; facto: ita ut nulli exire de taberna
culis auderent & siqui exibant, non nisi suffarcinati ad
modum, pedesq; & crura pedibus ac fasciis mirabiliter
circũuoluta: socrates p hoc ipm tempus ita exibat cum ce
teris militibus: ut nichil ad eam uestem adiungeret, quã
primo ferre solitus erat. Decalceatus uo p glaciem facili
us incedebat: q̃ alii calceati. Milites uo hec intuentes
se cõtemni ab eo suspicabantur. Et in his quidem talis
erat socrates. Quid autem fecerit tolerantissimus uir in
eodem exercitu opepretium est audire. Nam cum ali
quando sibi cogitatio quedam incidisset, stetit cogitans
eodem uestigio a matutino tempore. Cunq; explicare id
qd cogitabat non daretur: pstabat cogitans, neq; dimitte
bat. Etiam meridies erat. Hominesq; id senserant ac mi
rabantur. alterq; narrabat alteri socratem ab aurora ste
tisse cogitantem. Demum uo ab ionia quidam milites
cum nox iam adesset: cenati prius: erat enim tunc estas:
circa eum strata posuerunt: iacuerunt q; sub diuo illum
obseruantes an p noctem quoq; pstiterat. Socrates uo
stetit usq; ad auroram insequentem ac solis exortum. po
stea uo abiit. cum iam solem nascentem salutauisset. In
prliis quoq; qualis fuerit non est silentio pretereundũ.
Nam cum ea pugna fuit: ex qua me quasi optimum pugna
torem: duces exercitus donauerunt: nemo alter hominũ
me seruauit q̃ socrates. Videns enim me grauiter uul-

neratum

neratum: nequaq̃ deseruit. sed ante me prosiliens: me
ipsum atq; arma mea protexit ab hostibusq; seruauit. Atq;
ego tunc ista predicans: conatus sum: ut non michi sed so-
crati hui a quo seruatus eram dona illa tradentur. Vez
duces ad familie respicientes dignitatem me donare ma
luerunt: ipō qdem socrate. ut dona michi non sibi tribue
rentur in primis annitente. Illud quoq; dignum est me-
morari: quēadmodum fuga nostroz apud delium facta
socrates se gessit. Nam interfui quoq; huic prelio. Et qui-
dem ex equo pugnans, cum socrates ipē pedes esset. Profli-
gatis igitur nostris: ac fuga iam omnium facta: socrates
una & laches pedem referebant. Atq; ego cum in hos casu
incidissem, bono animo esse iussi: meq; nunq̃ deserturum
eos edixi. hic igitur eo melius aspicere potui socratem q̃
apud potideam: quo ipē confisus equo minus formidabam.
Primum igitur intueri licebat: quanto constantia ac presenti
animo lachitem superaret. Deinde ut hostes simul ciuesq;
uicissim respiceret, oculis & aspectu pre se ferens siquis eū
inuadat: non esse id impune facturum. Itaq; tute abibat
& ipē & alter. Fere enim qui ita cedunt nemo eos inuadit
sed eos qui effusa fuga deferuntur. In multis qdem igit
aliis, mirifice laudari socrates potest. Sed talia sunt ut ce
teri quoq; forsan non nulli eandem laudem mereantur. Vez
illa precipua in isto p̄ que nemini aliox hominum: neq; an
tiquox neq; modernox esse similis reputur. Nam qualis achil
les fuerit: talem coniectet forsan aliqs fuisse brasidam
& alios quosdam, & qualis pericles: tales antinora & nesto-
ra. Sunt alii quoq; qui isto modo assimilari possint. Sed

qualis ſocrates eſt/ qualiſq; eius dicendi ratio: nemo
prope ad eius ſimilitudinem accedit/ neq; uetez neq;
eoz qui nunc ſunt niſi ut ego nunc dixi atq; aſſi-
mulaui. Quippe nulli hominum ſed ſilenis & ſaty
ris. Nam & hoc a me pretermiſſum erat prius: ſermo
nes eius ꝑſimiles eſſe ſilenoz imaginibus ab arti
ficibus factis. Siquis enim huius ſermonis audi-
at: Videntur prima facie nimium eſſe abſurdi.
Nomina quippe & uerba exteriori aſpectu ſatyri cu-
iuſdam procacis habitum preſe ferunt. Aſinos e
nim & canterios: fabroſq; & ſutores & corrarios ſem-
ꝑ habet in ore. eademq; ſemꝑ dicere uidetur. ut
omnes fere qui non intelligentes ſint illius uerba
irrideant. Verūenim ſi intus aſpiciat quis eius ſer-
mones primo qdem repiet ſenſuum profunditatem
habere ſolos/ aliozꝝ omnium & inſup diuiſſimos
eſſe ac plurimas uirtutum ſpecioſiſſimas imagines
continere/ ac ꝑ omnem uitam ad bene uiuendum
extendi. Finis.

Regi hiſpanie.

Ad laudem Regis hiſpanie.

SEreniſſime ac glorioſiſſime rex. Cum uehementer
flagitarent quidam familiares tui ut ſcriberem ali-
qd ad regiam ſublimitatem: ſatis diu renuere ꝑſeue
raui. Nec profecto ut michi uidebar ſine probabili rō
ne. Quid enim ego puſillus homo & incognitus, ma
ximo clariſſimoq; regi: non laceſſitus primo litteris:
non propoſita queſtione aliqua prouocatus: ſcribere
ipē ultro ac me met ingerere auderem. Sed cum illi

ipſi non recipent iuſtiſſimas excuſationeſ mtas / & qc
qd a me ſcriptum fuiſſet / id humanitati tue pgratū
fore affirmarent: dare tandem manus ac mortm eis
gerere conſtitui. Quid ergo ſcribam ſerenuſſime rex:
aut quibus initiis aures tuas demulceo: Scio enim ma
gno regi non niſi ſublimia & magnifica conuenire. Su-
blimiora uō ac magnificentiora quenam eſſe poſſent, q̄
ea que ſplendorem & gloriam & incompabilem laudem
gentis tue contineant: Hec igitur michi prima cōgreſ-
ſio ſit / prima q; ſcribendi materia. Errant ſerenuſſime
rex qui gloriam romani impij gallis aut germanis at
tribuunt. hiſpanie eſt hec gloria. hiſpanie hic honor
eſt proprius. Ab hiſpania enim traianus ab hiſpania ha
drianus. ab hiſpania theodoſius. ab hiſpania archadius
ab hiſpania honorius ab hiſpania alter theodoſius impa
tores romanoꝝ fuere. Vt non minus uere q̄ eleganter
a claudiano poeta ſcriptum ſit: prouinciaꝝ alias frumē-
tum alias ferrum alias aliud q̄ddam mittere conſueſ —
ſe. Solam uō hiſpaniam impatores impio romano dare.
At qualeſ impatores: Nam in hoc totum conſiſtit. Nem
pe eqdem reor immo probare poſſum ac ratione certa o
ſtendere traianum ſolum longe plus in ſuo impio poſ-
ſediſſe terraꝝ ac prouinciaꝝ / q̄ omnes caroli omnes octo-
nes / omneſ federia & henrici ſimul in unum collecti
poſſederunt. Siqdem traianus a babilonia & theſi
phonte uſq; ad gades ā oceanum cuncta poſſedit & —
in rubro mari ſolus romanoꝝ principum claſſem ha
buit / p quam indie fines uaſtaret egyptum & afri-

Traianus.

cam totam sub impio tenuit. Gallia uõ & germania et
dacia usq; ad scythiam & caspium mare illi paruit. Ad
hec autem si comparetur omnis possessio gallor̃ germa
nor̃ q; principum qui unq̃ fuerunt: uix unius prouin
cie locum obtinere uidebuntur. Quãobrem plus ille
solus q̃ hi omnes simul in unum coaceruati terrar̃ prou̇
ciar̃ q; possedit. Idem dico de hadriano quanq̃ ille quasi
pacis auidior uel traiani glorie inuidens ex assiria & me
sopotania que a traiano subacte fuerant, legiones reuoca
rit. Sed fuit princeps maximus & non armor̃ dũtaxat,
uer̃ etiam litterar̃ scientissimus. Post hos duos prestan
tissimos impatores satis longo interuallo theodosius impauit.
hic quoq; & orbem terrar̃ possedit. & uirtute non inferior
superioribus fuit. qui post multas egregiasq; victorias admi
rabilesq; res gestas, mediolani e uita decedens, filios reli
quit duos. quor̃ archadio qui erat maior natu orientem
assignauit & apud constantinopolim sedem imperii tenere
iussit. honorio autem romam & italiam cum gallia & germa
nia africa q; tota & hispaniis attribuit. hos secutus est al-
ter theodosius archadii filius qui patri patruoq; successit.
hi ergo impatores eo tempore fuerunt. quo uere romanum erat
impium. Nunc autem ut est uel ut iam pridem fuit, non i-
gnoramus. Sola igitur hispania est cui hec gloria sit prę cete
ris tribuenda cum propter excellentiam maximor̃ principũ
tum propter imperii non umbratilem sed ueram possessionem.
Sed cur hec ad me scribis inges.° Vt si tibi nota sunt gratuler
scienti. si non sunt nota: ut faciam. Teq; regem maximi o-
pulentissimiq; regni iuuenem summe spei, p exemplum tan-

toꝝ principum quos hispania genuit ad excellentiam uir
tutis ac maximaꝝ reꝝ auiditatem cohorter. Vale & benedi
ctum ananianensem doctum hominem & bene litteratum
qui in obsequio tue prestellentie degit: rogo suscipias re-
cōmissum.

LEonardus bartholomeo salutē. Voluntas deprehenditur
animi: non tam ex uerbis que simulata esse possunt:
q̄ ex uultu ipō atq; oculis eius qui cum loquimur. Vnde
multum putant abeo dictum: qđ qd uelimus p ipm si-
gnificetur. hoc idem michi frequenter in epistolis quo-
q; uideor intueri. Sed ita si bonus sit scriptor. Nam im
pitus scribendi quasi fanaticus quidam neq; quid sen
tiat neq; quid uelit significare ualet. Sed in bono scri
ptore preter uerba & sonum inest profecto aliqd re-
positum ac tacitum indicium animi. quod ut in loquen
te ex oculoꝝ motu: sic in scribente ex uibratione ipa
orationis deprehendas. Hempe tuas inter & aliorꝝ litte
ras hoc interesse uideo, qđ illi ad me scribentes, externo
quodam & cōmuni: tu autem interno ac precipuo amore
mei deflagras. Quid enim tam affectuosum q̄ tua epla
que cum uerbis facundissima sit. habet tamen in se tacu
tum quiddam amoris ac beniuolentie longe ardentius.
Quod & si michi p gratum est, tamen efficit ut tibi me
meaq; laudanti minus fidei impendam, quasi affectio-
ne nimia quo minus recte iudices impediare. Sed nō
plura de hoc presertim cum sit non nouum sed anti-
quum me a te obseruari unice atq; amari. Quod aut
decreto ciuitatis anconitane uocatus sis ad negotia rei

. Quemodo deprehen
dat uoluntas animi

. Vnde uideat dicit

publice obtunda id tibi & honestum in primis & honorificum dico. Est enim ciuitas illustris ac famosa caputq; prouincie magne ac notabilis. cui etiam nomen dare pro excellentia meruit: ut anconitana marchia nuncupartur. Portumq; habet insignem. ciues autem & prudentes & graues moxq; et ciuilitatis ut ita dixerim obseruantissimos. Adde ad hoc qđ eadē ciuitas altera semp patria arretinoxy fuit. quod beni uolentiam & affectionem tuam plurimum debet incendere. Tu igitur fide uirtute industriaq; tua q̄tidie magis annitere quo cumulatum integerrimu q; obsequium illi pſolueas. Vale. Scribo epistolam unam cyriaco quam leges & ut sibi reddatur curabitexy vale.

Archiepo mediolanensi

CVm p se ipās michi gratissime fuerunt littere tue: tum gratiores eas fecit, qđ libellum alfonsi prestantissimi uiri pro antiqua ethncoxy interpretatione scriptum, una cum ipis litteris ad me misisti. Quem cū legere cepissem, statim a proemio ridere michi contigit. Siquidem ut olim stephanus ueritatem nouam predicans: a iudaizantibus: hoc est a ueteris legis defensoribus lapidibus impetitus est: ita nunc menouam ac uetam traductionem edentem, ueteris illius non traductionis sed declarationis defensores lapidib; impetere cōminantur. Dignam profecto mercedem uigiliay meay quas pro cōmuni utilitate suscepi, ac bonam nimirum gratitudinem. Vt si alius quidam frene

si correptus uenientem ad se medicum lapidibus repellat.
Sed de lapidibus quidem quēadmodum urbane ac non
maligne ab illo prestantissimo uiro dictum sit, sic ego ur
bane suscipio. Nec miror id michi accidere, qđ ne hiero
nymus quidem uir doctissimus potuit euitare. Aduer-
sum cuius interpretationes, fidelissimas quidem ac ue-
rissimas, quidam illius etatis homines: nec ii sane ad
modum indocti reclamabant. ieiunitatem & famem &
ineptias antique littere preferentes. Est enim quibus
dam natura insitum, ut que in adolescentia pcepunt,
obstinate defendant. id q; faciunt non tam scientiarꝫ
inducti, q̄ inueterata quadam existimatione. hi tunc
repugnabant aduersus hieronymi utilissimos labores.
et nunc aduersus ista nostra, pares quidam ac similes
illoꝫ repugnant. Verum ut illi tandem a ueritate
ipa fracti manus dare coacti sunt: sic nostros istos re
fragatores confido manus tandem esse daturos. Non
enim incerto uacillantiq; iudicio interpretationem feci
mus sed certissima exploratissimaq; ratione. Itaq; uicta
demum repugnatoꝫ proteruitas & a ueritate ipā increpi
ta conticesset. Quā q̄ cui unq̄ facilior ac prosperior cursus
fuit q̄ interpretationi nr̄e. q̄ quā simul ac q; edita est, sic
arripuerunt homines. ut momento pene temporis non
solum italia uoluminibus eius repleta sit: uꝫ etiam
ad extremas terraꝫ oras conuolarit. Vt publica iam
studioꝫ lectione celebretur. Alfonsus uō iste correptor
noster, pmultum ut uideo de nobis fallitur. Putat e
nim me quēdam e turba hominem temerario ausu ad

hec ſcribenda proſiluiſſe. Neq; ſtudia nrã neq; diligen
tiam nouit neq; grauitatem religionem q; cum qua ſem
p uiximus emetitur. Jtaq; ignarus hoy omnium pueri
lia quedam de nobis ſuſpicatur. Jnquit enim me poſſe
fingere ita in greco eſſe cum non ſit. Errat uidelicet
in eo quod me ſolum putat grece lingue ſtudioſum, ac
neſcat plenam eſſe italiam doctoy hominũ qui grecas pa
riter latinaſq; litteras tenent qui ꝃ iſta noſtra quotidie
legunt. & eoy cenſuram neceſſario ſubimus & certe non
inuiti. qui libenter nos arguerent ſiquid falſo confinge
remus. Quanq̃ que cauſa nobis eſſe poſſet tante uanita
tis. Certe ſi bonus uir eſt alfonſus: non deberet de alio
talia ſuſpicari. Jllud etiam in eo puerile ne dicam leue
qd demoſthenis eſchiniſq; orationes illas famoſiſſimas in
cauſa cteſiphontis ne a cicerone furatus ſim ſuſpicari ui
detur. Jnquit enim ſe legiſſe a cicerone iam fuiſſe tranſ
latas. At me hercule nemo puer qui modo quatuor pagel
las legerit hoc ignorat. Eſt enim mille locis ſcriptum
orationes iſtas & xenophontis economicum & protagorã
platonis a cicerone in latinum fuiſſe conuerſas & inſup
arati librum de figuris celeſtibus qui libri omnes iam
diu periere. Extat ſolũmodo prefatiuncula quedam ci
ceronis quam illis orationibus adſcripſit, que eſt in manu
bus omnium. orationeſtamen ipãs ab adoleſcente cicero
ne latinas factas, nec ego nec quiſq̃ etatis nrẽ unq̃ cõſpe
xit. Sed ne ſuſpicetur alfonſus illud ſciat: noſ non modo
illas ſed alias inſup ſatis multas demoſthenis orationes
quas cicero nunq̃ attigit e greco traduxiſſe. ut ſatis gran-

de uolumen eay a nobis traductay existat. quas a ciceroⁿe furatum nemo suspicari me potest. Illud etiam leue qđ italicos statim calamum arripe inquit qđ otiosi sint. hispanos uō qđ regia curia sint occupati calamo uacare nō posse. Quasi uō itali non & curiam habeant romanam mt to certe maiorem q̄ sit regia & infinitas publicay priuataq; reay occupationes. Nec sane consentaneum est ut in extremo mundi angulo plus humanay occupationum sit q̄ in medio. Sed hec relinquamus, sunt autem generaliora & de causa nostra dicere prosequamur. Si tantūmodo consuleret amico suo alfonsus ut ueterem interpretationem legeret non autem nouam: silerem equidem atq; conticescerem. Est enim liberum cuiq; pro captu intelligentie sue consilium dare. Sed cum non contentus consilio refellere quedam improbareq; nixus sit, honestum michi fuit defensionem suscipe.

Illud igitur moneo ut patienter ferat uiceuersa redargui. Neq; enim pugil ea lege in certamen descendere debet ut pcutiat ipse alios, non autem pcutiatur. Ac p̄mum de p̄sona repretensoris mei dicam. Postea de re ipa quantum necessarium erit transigam. Magnum esse hominem alfonsum existimo. Id q̄; ex proemio huius libelli apparet. Est enim ut uideo iuris professor eximius. quod principale studium eius esse uidetur.

Est autem ut ipēmet in prefatione huius libelli predicat frequentibus ac magnis administrationibus regiis occupatus. Retinet in his ipīs occupationibus admirandā curiositatem: ut noscat si quisq̄ aliqd nouī in iure que

sua est professio ediderit. Sacre pagine codices fami
liarissimos habet. Nec iis contentus philosophiam sibi
adsciscit, platonem & aristotelem cum theophrasto
& archesila indagatur. Ciceronis ac senece libros cre
bro euoluit. Quintiliani discipline non parcit. Poetas
& historicos omnes pariter nouit ac in delitiis habet.
P restantissimum hominem negare non possum qui tot
& tanta & tam uaria sciat. Nostri quidem itali qui iu
ris studium profitentur: nichil fere aliud sciunt q̄ ip
sum ius. Etsi in ceteris uagentur studiis: ac philoso
phis & poetis & oratoribus & historicis impartiri opam
uelint, ridiculi habentur. Nichil enim plane tenent
qa cuncta sectantur. Contingit enim illis qđ de uia
toribus dictum est. p multos quidem habere hospites
sed amicos nullos. Si igitur hispani tanta ac tam mi
ta & uaria possunt, congratulemur hispanie que tales
uiros producit. Si alfonsius unus congratulemur soli.
Nostris ergo hominibus suaderem, ut iurisperiti in suo
iure se contineant. Aliena uō castra non temere ingre
diantur. Nulla est enim disciplina que non etatem
hominis totam occuparet. Bene q; agi existimandū
est si singuli singulas adipiscantur. Nec ego illos re
prehendo qui multa ista ac uaria quātulacūq; ex par
te attigerint. Sed illud moneo ne cum superficiem ali
quam norint, sibi de tota re iudicium arrogare pgāt.
A c de psona quidem in hunc modum a me sine ulla
contumelia dictum sit. De re autem ipsa principaliq;
negotio: quid ipē sibi uelit, uix equidem intelligo. Om

nis quippe contentio nobis de interpretatione est. In
terpretatio autem omnis recta si greco respondet / ui
tiosa si non respondet. Itaq; omnis interpretationis cō
tentio unius lingue ad alteram est. Hic autem grecam
linguam se ignorare fatetur. Que igitur mecum dispu
tandi ratio illi relinqtur / nisi p diuinationem quandā
rei penitus incognite. ⁊ Si nescientem se / plus in ea lin
gua intelligere putat q̄ ego qui scio intolerabilis est.
S in me plus intelligere concedit / quid mecum contendit. ⁊
C onfero inquit antiquam interpretationem ad tuam quod
possum / et illam longe antepono. Vtrum tu eam ante
ponis qa elegantior sit an quia uerior. ⁊ Si quia ele
gantior: nichil profecto sapis. Si qa uerior: quomodo
id iudicare potes qui grecum nescis: ad quod omnis
ueritas interpretationis est necessario referenda. ⁊ Nul
lo certe modo nullaq; ratione. Itaq; tecum de uerita
te interpretationis contendere / nichil est aliud q̄ cum
uaticinante aliquo somniante ue contendere. Quid
tu ergo michi de bono potius q̄ de sūmo bono inter
pretando uaticinaris. ⁊ Quid de re tibi incognita di
sceptas. ⁊ coniecturam afferens quā obrem bonum di
cendum sit non sūmum bonum. et inquis me qu
statim ab initio errauerim / in multis postea ueri simi
liter errauisse. Profecto si intelligas q̄ inepte dicas
taceres potius q̄ loquereris. Greca enim littera quā
tu penitus ignoras: sūmum bonum habet expresse
quod greci p unum uerbum significant tagaton.
Idq; etiam in libro ethicoꝝ decimo manifestius pa

tet ubi opinionem recitat eudoxi. Inquit enim eu
doxus sūmum bonum uoluptatem esse censebat. Pro
ptera qđ omnia rationalia & irrationalia eam appetē
cernebat. Singula enim quod sibi bonum sit repire
quēadmodum quēadmodum escam. Cuncta uō in
idem ferri: omnibus optamum esse significare. Qđ
autem omnibus bonum sit: & quod omnia appetūt:
id esse sūmum bonum. hic eadem uerba sunt eadē
q; sententia que in principio ethicoꝝ. Tuus autem in
terpres: in principio ethicoꝝ dixit. bonum quod oīa
appetunt. In decimo autem qa uidebat absurdum esse
dicere, quod omnibus bonum sit & qđ omnia appetūt,
id esse bonum: mutauit sententiam & dixit ꝑ se bonū
quod omnia appetunt. Nec puduit ex eodem uerbo
modo bonum interpretari modo ꝑ se bonum. Sed ta
men qui in decimo dixit ꝑ se bonum qđ omnia appe
tunt corrigere uoluit seipsum qđ in primo dixerat bo
num quod omnia appetunt. Non enim primis ulti
ma sed ultimis prima corriguntur. Atq; ut intellu
gas quantum fieri potest licet grece lingue ignar
sis, tamen scire debes non idem esse uerbum in greco
dum dicit bonum aliquod appetere uidetur & paulo
post dum dicit propterea bene ostenderunt summum
bonum qđ omnia appetunt. Sed in primo est uerbum
agathon quod significat bonum. In secundo est taga
thon qđ significat sūmum bonum. In quo si michi nō
credis audi queso eustratium grecum auctorem doctis
simum hominem & hoꝝ ipoꝝ librorꝝ cōmentatorem quo-

modo hoc ipsum uerbum exponat. Tagathon igitur qđ componitur ex to & agathon nichil significat aliud q̃ primum bonum ac sũmum bonum & est scientia quidem agathon / non tamen tagathon. Sic p hoc elementum .T. ostenditur principium & causa ac uelut extremum omnium bonoꝝ. Quid ais ad hec .ᵉ An hi sunt errores mei qs statim ab initio te deprehendisse iactas .ᵉ An non uides stare non posse ut tagathon interpretetur bonum / et interpretem tuum seipsum postea corrigere uoluisse / ac pro bono posuisse p se bonum quod omnia appetunt .ᵉ Jnquo etiam defectus fuit / cum p se bonum non illud ostendat quod uult. Quecunq; enim propter se & propter aliud expetuntur / ut scientia ut integritas sensuum / ac cetera huiusmodi p se quidem bona sunt non tamen sũma. Jtaq; & a boetio & a lactantio & a tullio extremum illud quod omnia appetunt / non p se bonum appellatur / sed sũmũ bonum. Duo sũma bona inqt boetius que inter se diuersa sint / esse non possunt. At deum & beatitudinem sũma bona esse concessimus. Lactantius uõ inqt. Epicur̃ sũmum bonum in uoluptate posuit que fuit opinio eu doxi. Tullius autem in libro de finibus inquit. Facit lucius noster prudenter / qui de sũmo bono audire uelit]llo enim constituto / in philosophia constituta sunt omnia. hi ergo omnes sũmum bonum dixere / non p se bonum. Qui igitur in hoc in hoc me reprehendit. is non meam argui t / sed suam detexit ruditatem. Equidem si tales sunt errores mei / non abnuo multis in locis eos repiri. Et gre coꝝ quidem linguam ipẽ ut diximus se ignorare fatet̃.

De latina uō ut pace ſua dixerim abſurdiſſima ſentit
P utat enim non greca modo uez etiam ut ipē appel
lat galetia quedam & germanica & hiſpanica uoca
bula in latinam orationem eſſe admiſcenda. alioqn
linguam ipſam latinam inopem atq; defectiuā pu
tat. Recte ſuadebam iuris perito ut in ſuo ſtudio
uerſaretur. hec enim que de latina lingua exiſti
mat ita ſunt aliena & abhorrentia ab omnium be
ne lutteratoz opinione ut nichil uideri poſſit abſur
dius. Quid enim eſt aliud q̄ barbara ſimul & lati
na & greca in unum confundere & chaos ut ita di
xerim lutteraz moliri? Vide q̄ multum inter me &
illum interſit. Ego ſingula uerba milies olfacē ſoleo
priuſq̄ lutteris mandem. Nullum deniq; niſi proba
tum & ab optimis auctoribus michi cōmendatum reci
pio. Ille autem paſſim undecūq; oblatum arripit.
taq; bomolochos & agricos & eutrapelos & epiethes &
cacecthes & cetera huiuſmodi monſtra uerboz probat.
Et qui inopulentia latine lingue mendicat non in
telligit pauptatem propriam. ſed cōmuni lingue ſcri
bi pauptati. iuxta illud ſaluſtinianum culpam auſto
res quiq; ſuam ad negotia tranſferunt. Jam eqdem
non miror tranſlationem illam ueterem ab iſto pro
bari. Eſt enim ſecundum eius regulam confuſa que
dam & pmixta barbaries. Sed illud deterius q̄ eam
boetii putat. nec intelligit quantum figura nitor q;
dicendi qui in boetio eminet longiſſime abſit ab illi
interpretis deliratione. Nos certe nullam boetii inter

pretationem habemus / preter q̃ porphirii & p̃dicamẽtoꝝ & perihermineias libroꝝ. quos si accurate leges / uidebis summum illum uirum / sine ullis ineptiis libros illos transtulisse. Textus est nitidus & planus & greco respondens. At enim in ethicas & physicis / qd tandem est preter ineptias meras.ꝯ Non uerba in his latina / non dicẽdi figura / non eruditio litteraꝝ. Preterea ab ipõ greco male accepta cõpluria. Hec a boetio longe absunt: viro in utraq; lingua docto & eleganti. Nunq̃ ille architectonicam / nunq̃ eutrapeliam nunq̃ homolchos. nunq̃ agricos quoꝝ uocabula in latino habemus grece reliqsset. Nunq̃ tristitiam pro dolore posuisset. nunq̃ honestum cum bono eligere cum expetere confudisset. Nunq̃ per se bonum dixisset qd ipẽ met appellasset sũmum bonum. Atq; ut scias: due fuerunt ante me qd eqdem uiderim interpretationes ethicoꝝ. Vna quã ex arabe lingua traductam constat / post auerois philophi tempora / que quoniam anterior est / uetus appellat̃. Altera hec posterior & nouior / a britãno quodam traducta. cuius etiam proemium legimus. Quomodo igitur boetii fuit ista noua interpretatio.ꝯ cum uetusta illa & anterior post aueroim fuerit.ꝯ Boetius uõ aliquot seculis aueroim anteeat.ꝯ Reliquum iam crimen est qd huic interpreti maledixerim. Equidem si uitam illius si mores si genus insectatus essem tunc faterer me illi maledixisse Sed nichil tale attigi / neq; attingerem. At enim de litteris studiisq; contendere: ac interdum uehementius urgere & si res exigat aduersarium pungere: disserere id

quidem est non maledicere. Deniq; tota uis in eo uersa-
tur iure an iniuria illum reprehenderim. Dixi libros illos
inepte traductos. Quis negare potest? Dixi greca uerba
ob ignorationem latine lingue ab eo relicta: pro quibus la-
tina uel optima haberemus. Nec dixi modo sed probaui,
& uerba ipa ostendi. Cetera quoq; errata, nec ea pauca,
nec leuia redargui. Aut igitur ista defendat si potest:
aut me pupugisse illum non moleste ferat. Equidem si
in picturam iotti quis fecem proiiceret pati non possem.
Quid ergo existimas michi accidere, cum aristotelis libros
omni pictura elegantiores: tanta traductionis fece coinq
nari uideam? An non cōmoueri? An non turbari? Ma
leductis tamen abstinui. sed rem ipam redargui ac palam
feci. Hec michi ad te franciscе carissime scripsisse libu-
it potius ut satisfacerem postulationi tue q̄ qd necessari-
um arbitrarer. Cum enim & scripta mea extent quibus
illum redargui: & huius defensiones faciliter quiuis di
iudicare poterat q̄ inania sint que ab isto afferuntur. Vale
iiii octobris.

LEonardus antonio cremone sal. Cum prestantissimus lau
densis episcopus me tuo nomine litteras flagitasset: cogita
ui si scribendo lucrifacere aliqd a te possem. Feneratore
nim litteray esse consueui plura q; repetere q̄ dare. Vellē
igitur scire abste: quando quidem tu mediolanensis es ac
patrie tue conditiones tibi notissimas esse decet. fato ne fieri
putes an aliqua euidenti ratione ut mediolanum urbs
tam populosissima tam dudum fuerit atq; sit. Equidem
apud probatissimos auctores legisse memini, usq; dum p

scipionum tempora populosissimam totius italie urbem mediolanum fuisse excepta urbe roma. Hodie uō eandem uidemus omnino omnium nullaq; excepta populosissimam italie esse. Continuatam igitur istius urbis populositatem annis prope mille septingentis: tot enim a scipionum temporibus ad etatem nostram fuere: mirabilissimum existimo presertim cum uideam ceteras urbes magnas quidem prius ac populosas: in hoc medio temporis cursu fere ad inanitatem esse redactas. Quid enim roma hodie preter nomen? Quid athene? Quid syracuse? Quid corynthus? Quid capua? Quid ueios? Quid corcyra? quam antiquus illis peloponnesiacis bellis centū triremes implere atq; ad bellum emittere consuesse nouimus. Hunc autem uix triscalmum unum impleret. In tanta igitur uarietate ac defectu aliarū urbium continuasse mediolanum populi sui numerosam magnitudinem & ex tam antiquis temporibus ad tempora usq; nostra pduxisse mirabilissimum puto. Atq; huius a te rationem causamq; requiro. Vtrum id existimes fato quodam fieri. An temperie celi. An situs bonitate. An ubertate soli. An principum eius urbis qui excellentissimi procul dubio fuerunt: prouida quadam sapientia in repellendis pestilentibus & salubribus adsciscendis? Hec abste audire cupio ac sup his responsum expecto. De nomine quoq; mediolani certior fieri uelim unde sit & quāobrem ita dictum. Consueuerunt enim ciues originem antiquatē q; siue ciuitatis non ignorare. Ego autem originem ei non quero. Est enim explorata & certa. Siue enim de

. Mediolanum vrbs populosissima. & antiqua.

. Petit aut mediolani ? tanta varietate ac defectu aliarū vrbiū; & ex tā antiq tpibus vsq; ad nra fuisse tā populosū

gente queramus: a gallis conditam fuisse constat.
Siue de ciuitate: ab eduis. a quoꝝ pago insubres di-
cti sunt. Siue de tempore: non magna uarietas/ ut
in tanta uetustate esse potest. Tarquino enim prisco
regnante/ in italiam transisse gallos primum constat
Fuerunt autem hi bituriges. Siue igitur edui simul
cum bituigibus transierint/ siue postea p prioꝝ uesti
gia edui & cenomani secuti sunt/ siue ad extremum
cum senonibus & boiis: non magna temporis uarietas
est. Ego igitur ista non quero. Sed ciuitas unde
nominata sit audire cupio. Vtrum ab eo qđ media
sit inter amnes. uel ab alia quadam ratione: Claudi
anus enim poeta cui multum tribuo: ab ouibus di
ctam arbitratur. Nam cum uenerem ex cypro ad
nuptias honorii impatoris que mediolani parabantur
uenientem describeret/ eam mari aduectam dicit usq;
ad ligures. Inde uō mediolanum aduolasse. Versus
claudiani sunt hi. Jam ligurum terris spumantia
pectora triton. appulerat/ lassosq; frequens extende-
rat orbes/ Continuo sublime uolans ad menia gallis
Condita lanigeris/ ouis ostentantia pellem. Peruenit
aduentu ueneris pulsata recedunt/ Nubila claresc̄ũt
puris aquilonibus alpes. Ego igitur nisi tu melius a
liqd doceas: claudiano assentior. qui & doctissimus in
historia fuit. greceq; lingue unde id nomen duci ui
detur ꝑtissimus. mediolani quoq; uersatus. ut pote
qui sub honorio aulicus fuerit & miles.

Versus claudiani
de mediolani nomine

Dño Regi castelle.

SErenissime atq; supexcellentissime rex. Placuisse lutte
ras meas regie sublimitati. benigneq; & humaniter
ad me rescripsisse magnope gaudeo. Sup omnia michi
tamen gratissimum fuit intelligere serenitatem ipam
cum p occupationes licet studiis ac litteris opam impar
tiri solere. Rideat enim me siquis unlt ex istis hostib;
litteraz. ego tamen regem uix puto / qui litteras ne
scit. Nec porro michi q cq̃ uidetur tam regium / q̃ et
laude reg eminere & scientia litteraz ornari. hec nẽ
pe duo iudicio meo regium culmen requirit. Nec ego
tamen omnia flagito in rege studia sed illa tãtũmodo
que sunt propria regis. Quecunq; igitur ad rectam gu
bernandi formam / quecunq; ad iustitiam ad mansuetu
dinem / ad magnanimitatem ad gloriam scripta nos
instruunt & hortantur. ea regi legenda & imbibenda
puto. Intelliget enim rex & pacis & belli temporibus
qualem se prestare oportet. Et q̃uis multum natura ua
leat. tamen mirabile quantũ scriptis monimentisq; do
ctissimoz hominum adiuuabitur. Videbit enim quã
tus sit glorie splendor. quantus bene agendi etiã in
hac uita sit fructus. Quid regem discriminet a tyran
no. Que deforment uitia regentem. Que uirtutes cla
rum maxime ac celebrem reddant. Hec autem non
ab istis balbutientibus ac semidoctis / qui omnia inepte
scribendo conturbant: sed a ueteribus illis prestantibus
uiris p discet qui ad ueram philosophie rationem ad
iunxerunt scribendi nitorem & elegantiam. Vt enim
equi uestesq; nitidiores regem decent. sic etiam oratio

ſpecioſa & ornata & grauis. hiſtoria quoq; magiſtra uite quantum afferre regenti fructum poteſt.⁊ Regũ enim potentiſſimoꝝ & principum magnoꝝ q; populoꝝ origines facta q; cognoſcere: tum ad uoluptatem animi tum ad diſciplinam agendi multum admodum confert. Et habet ſane hec genus ſcriptores optimos omniq; munditia nitoreq; ꝓpolitos. quos & legere dulce ſit & ꝑdiſcere nequaq̃ arduum. Ego igitur ad hec regem cohortor, non arrogantia aliqua ſed fideli animo. Et hec ſatis. Epiſtola enim prolixitatem reſpuit. Cetez ſereniſſime rex. quia ſcriptoꝝ meoꝝ aliqd ꝓ litteras regias petebatur, paraui munuſculum quod tuo dono maieſtati. Erit enim cum his litteris libellus quidam e meis uaria continens opuſcula. non a me potiſſimum electa. ſed caſu ita fuerunt ꝓſcripta. Ea uolo eſſe regie ſublimitati tanq̃ deguſtationem quandam ſcriptoꝝ meoꝝ. Recomendans me &c̃.

Leonardus bernabeo ſenenſi ſal̃ pl̃ dicit. Multa continentur litteris tuis & qdem omnia michi ꝓgrata. Quoꝝ illud primum qd amicitiam tuam liberalibus uerbis obtuliſti. Imo proprius ut loquar amorem tuum michi patefeciſti. Videtur enim amorem inter & amicitiam hoc eſſe diſcrimen qd amare poſſumus etiam neſcientes. Amicitia uo̅ non fit niſi inter ſcientes. Eſt enim amicitia reciprocus animoꝝ affectus. Ego igitur & accipio amorẽ tuũ & uiciſſim meum tibi ſpondeo. Quod autem mea laudibus extollis etiam gratum eſt. q̃q̃ timide ac diffiden

Amicitia

.ter.

ter fidem his presto . De politicoy libris qd queris: sūt
illi quidem absoluti ac penitus expoliti . affirmareq;
audeo nichil prestantius neq; utilius. de libris loquor:
latina in lingua repiri . Tantus est dicendi ornatus, tan
taq; rey utilissimay doctrina . Qd enim materia est ci
uilis & capax eloquentie . usus michi uidetur aristote
les amplissimo quodam scribendi genere elegantia ni
tore & incredibili exemploy copia referetо . Jn alfon
sum hispanum orationem scripsi nunq̄ . Sed amice re
spondi inepta quadam mea illius obiectis . Epla tamen
non ad eum est sed ad archiepiscopum mediolanensem.
Nec exemplar nunc habeo penes me. Quod queris de ti
bia & funali: tale aliqd est. C. duellio datum fuit a pplo
romano. Vt quotiens reuerteretur a cena: tibia sibi ad
funale precineret . Quia ergo triumphus erat honorifi
ca transmissio: uidebatur quoq; spetiesquedam trium
phi quod illi datum erat p omnem uitam ut quotiens re
uerteretur domum a cena amicoy, haberet ante se tibiā
sonantem cum lumine . Et hoc est non triumphauit mo
do spetiose: ueyetiam p omnem uitam illi datum fuit
ut tibia sibi ad funale precineret . Fūnale est quem ho
die torquem cereum uocitamus dictum a funere, in quo
ceri feruntur accensi . Vale & andreoccio plurimam sa
lutem a me dicas . Areti . vi idus decembris.

funale.

Leonardus iacobo foscaro sal pl dicit . Reddite sunt ho
die michi littere tue uenetiis date xii kl decembres que
& si michi fuerunt uoluptati, tamen non nichil molestie

attulerunt ex eo qđ intellexi te alias ad me litteras
dedisse/ que nunq̃ michi reddite sunt: et qđ he ipę
quas accepi/ tarde nimium ad me fuerunt plane. Nã
suspican facile quis poterat/ me respondere neglexis
se: & culpam alioꝝ qui uel non reddidissent unq̃ litte
ras uel tarde reddidissent/ in me transferre. Sed hu
iusce rei causam fuisse ullam puto. qđ ego iam pridem
absum fugiens pestem que florentie cepat haud se-
gniter deseuire. Idemq; fecerunt ceteri ferme om
nes preter eos qui uel inopia uel magistratus necessita
te retinentur. Atq; ita fit ut neq; sint qui reddant
litteras nec quibus reddantur. Atq; ita fit ut neq;
sint qui reddant litteras nec quibus reddantur. hec
igitur ante omnia te scire uolui: ut admirationẽ depo
nas. Qđ autem flagitas ut aliqđ scriptoꝝ meoꝝ ad te
mittam: fiet id qdem leto animo cum facultas ade
rit. Nam nunc qdem cum sim ut ita dixerim profu
gus & extorris nec libros habeo penes me nec exem
plaria que mitti possint. Quãobrem dilatione michi
opus est & mora. Tu autem ad exemplar illustrissi
mi principis parentis tui uirtutibus incumbe. Magnũ
tibi onus esse impositum cogita. Neq; enim satis erit
si par sis ceteris. Sed ut parens prudentia consilio fa
cundia magnanimitate ceteris omnibus precellit: sic
ãte quasi quodam hereditario iure hec eadem exigent̃.
Quare stude queso satisfacẽ & paterne glorie & tue exi
stimationi. Vale idibus decembris aretii Mcccclxxxvii.

.Nota fili & attende
queso.

Leonardus sal dicit Titoliuio ferrarienſi. Circiter no
nas decẽbris cum aretii forem ob fugam peſtis que
florentiam inuadere cepat: reddite ſunt michi littere
tue londonis date. xi. kl ſeptembris inquibus multa
ſapienter & amanter a te ſcribuntur de mutuo amore cõ
iunctioneq; noſtra. Hec igitur rata ſint ac ppetua. De
libris uõ politicoꝝ principi nrõ ex promiſſis miror bon
romeos aliter ſignificaſſe q̃ ſcriptum fuerit a me. Nam
& uolumen ipm iam pridem obtuli & completum expoli
tum q; oſtendi acut tranſmitterent rogaui. Deſideriũ
etiam iſtius principis de habendo libro non tacui qđq; ut
ipis darem michi pſcriptum fuerat. Reſponſum ab illis
eſt non eſſe uiatori aut tabellario tale munus cõmitten
dum propterea qđ circa flandriam cuncta forent bellis
latrociniis q; infeſta. Magiſq; expectandum ut triremes
aut noſtre aut uenetoꝝ iſtuc nauigarent. Volenti re
linquere librum eis ſatius apud me ſeruari di
xerunt atq; cõmodius. ſeſe cum uenerit facultas mittẽ
di petituros. Atq; ita liber eſt penes me preſtolans eoꝝ
poſtulationi. Eſt autem uolumen inſigne & quod a te
uideri plegi q; cupiam. Pecunias uõ neq; petiui neq; ac
cepi neq; petiturus fum niſi uolumen dubie trãſmitti
uideatur. Tunc enim petam quo aliud uolumen prepa
retur ad ſecundam miſſionem. Satiſ enim fuerit meis
ſumptibus ſemel miſiſſe. Et uõ iam pridem angor qđ tã
diu miſſio retardetur preſertim cum ſciam principem ue
hementer illud expectare. Vale idibus decembris areti
Mcccc xxxvii.

Leonardus salutē dicit Benedicto anagnino. Si uales bene est. Cum existimarem esse te penes regem hispanie scripsi ad eum cōmendationem tui. que si forsan aut tibi ipi aut alteri qui te bene norit uisa sit breuior q̄ magnitudo meritoz tuoz flagitabat: illam scito fuisse causam, q̄d tunc primum ad hominem tante dignitatis scribens, efficaciorem ac minus suspectam illi fore cōmendationem existimaui, si nō dedita opa sed quasi casu in eam deuenissem. ut non affectata nec precibus elicita, sed ex se ipā nata cōmendatio uideretur. esset q; potius testimonium doctrine excellentieq; tue q̄ explicatio laudis. Hec igitur ante omnia declarare libuit ut scires me q̄ amplissime de te sentire. sed tantum dixisse q̄tum prodesse existimaui. At enim ut uideo, tu iam abieras cum littere mee ad regem puenerunt. in quo laudo equidem consilium tuum. q̄d neq; aulas regum neq; omnē auriferi tagi arenam pluris fecens q̄ italiam nostram. De qua preclare uirgilius inquit. Sed neq; medoz silue ditissima tellus. Nec pulcer ganges atq; auro turbidus hermus. Laudibus italie certent. non bactra nec indi. Tota q; thuriferis panchaia pinguis arenis. hec loca non tauri spirantes naribus ignem: Jnuertere satis īmanis dentibus ydri. Nec galeis densisq; uirum seges horruit astis. Sed grauide fruges & bacchi massicus humor. Jmpleuere tenent olee armenta q; leta. hunc bellator equus campis sese arduus infert. hic uer assiduum atq; alienis mensibus estas. Bis grauide pecudes. bis pomis utilis arbos. Adde tot egregias urbes. opumq; laborem. Tot congesta manu preruptis oppida saxis. Fluminaq; antiquos subter labentia muros. An

mare quod supra memorem. quod q; obliuit infra. An ne lacus tantos. te lauri maxime te q; : Fluctibus & fremitu insurgens benace marino. An memorem portus lucrinoq; addita claustra. Atq; indignatum magnis clamoribus eq̄r. hec eadem argenti riuos. eriſq; metalla. ostendit uenis atq; auro plurima fluxit. hec genus acre uirum, merſos pulemq; sabellam. Assuetum q; malo ligurem uolſcos q; ueruos. Extulit hec decios marios, magnoſq; camillos. Scipiades duros bello & te maxime cesar. Salue magna parens frugum saturnia tellus Magna uirum. Pro deus ĩmortalis. Non discunt pueri nr̄i hos uersus qui deberent medullitus esse infixi, quo excellentiam patrie nosceremus. Equidem quotiens peregrinatus sum, non solum amenitatem hanc suauitatem q; natalis soli. Vez multo magis humanitatem atq; ingenia nr̄oz̄ hominum requisiui. Est autem nescio quid natura insitum nationibus aliis longe a nostris moribus ingenüſq; alienum. Atq; ut falerni uini sapor alius est q̄ taracinensis: ita michi uidentur homines ab ipsa ĩqua nascuntur terra saporem ut ita dixerim nature ingenioz̄ q; traxisse. Intueri licet alios ĩmanes alios efferatos, alios stolide arroganteſ alios ita alieno iudicio. ut nec iustum nec honestum eadem regula qua nos metimur metiantur alios suspitiosos & diffidentes. Me quidem cum mei similibus conuersari iuuat & cum üs q̄ sunt eiusdem mentis atq; sensus. In his enim amicitia fit in aliis uō aut nunq̄ aut praro. Quibus autem in locis amicitia cadere non potest, in üs nulla potest uite iocunditas repiri. Sublata uō iocunditate uite & felicitas tollit

que non potest esse absq; uite iocunditate. Ego igitur
te reuersum ad ea loca gaudeo in quibus tibi & amicta
& felicitas esse possit. Perindeq; tibi suadeo, ut in patria
consistere uelis ac longinquas istas spes omnino contem
nere. Preclare enim poeta quidam inqt. neq; diuitias
opto neq; uoto pretor sed michi contingat ex paruo
uitam agere omni carentem molestia. Et apud theo
critum syracusanum pastor quidam inquit. Non mi
chi sint nec opes pelopis, neq; regna seleuci. Nec ce
leri cursu uentos supare fugaces. At uacuo curis lice
at cantare sub antro. Et procul especula mare prospe
ctare profundum. hanc nos uitam nobis ipsis plurimum dare possumus. finem modo cupiditatibus impo
namus. Sed de his alias & qdem uberius. Nunc autẽ
quasi p transennam hec attigisse satis esto. Quod autẽ
eptas quasdam meas apud uirum clarissimum colum
nensem legeris: non michi placet. Vt enim lucilius
formidans doctioꝝ hominum iudicia, non romanis sed
tarentinis & consentinis scripsisse se libros suos aiebat.
proinde isti non legerent, illi legerent. sic ego eptas
meas romanis aut anagninis scripsisse nego sed nepesi
nis & sutrinis. Quid enim habere laudis epistole pos
sunt, familiares presertim & de rebus contingentibus scri
pte. Itaq; ego ipẽ spernens: satis longo tempore nullas
seruaui. Postea tamen cum intellexissem quasdam pro
meis circunferri que mee non essent, conquirere illas
cepi, & quas postea scripsissem seruare, non tamen omnes
sed eas tantum que haberent in se narrationem rei nõ

quotidiane. Tu uale ac me ut facis ama. Florentie xii kl
septembris. Vt uō tibi proponam aliquid exercitationis
gratia: illud quero abste quomodo intelligenda sint
illa uirgilii uerba. hic uer assiduum ⁊ alienis mensib;
estas Itez uale.

LEONARDI ARRETINI EPISTOLARVM LIBER OCTAVVS INCIPIT.

LEONARDVS FLAVIO FOROLIVENSI.

Volo ut extet opus aliquod studioꝝ meoꝝ qđ
sit testis ⁊ iudex amoris mei ergꝫ sanctissimū
dominum eugenium papam quartum. Nam
cum ab adolescentia mea illum dilexerim propter celsam
quandam eius magnitudinem animi ⁊ uirtutis prestan
tiam: ⁊ipē me inter familiarissimos recipe dignatus sit.
debet profecto nunc monumentum aliquod extare dilectio
nis mee. Itaq; libros politicoꝝ multis a me uigiliis mul
taq; assiduitate ⁊ opa in latinum conuersos, ad beatitu
dinem suam mittere constitui. Est enim opus magnifi
cum ac plane regium, ⁊ profecto dignissimum quod sū
mo principi dedicetur, quando quidem tota eius libri ma
teria est de rectione populoꝝ. Est insup eo nitore atq;
elegantia scriptum simodo illam nos seruare potuimus
ut sese quasi pretiosa ueste ornasse uideatur quo non
erubescceret ante faciem eruditi principis comparere. Eq
dem affirmare ausim nullum esse opus latine lingue
de litteratis loquor quod huic aristotelis opi sit ante-

ponendum dignitate rez tractataz & auctoritate scrip
toris. Tu ipē dum leges gaudebis profecto non modo ob
scientiam rez eximiam uez etiam ob incredibilem quā
dam amplitudinem uarietatem q; & copiam. Octo sunt
illius operis libri, plenissimi quidem rez memorandaz.
In eoz primo quasi elementa ciuitatis continentur. In se
cundo autem res publicas ante se uel scriptas tātūmodo
uel actu existentes singulatim recensēt. Scripserant enī
ante ipm quatuor maxime prestantes plato athenienſis.
hippodamus milesius. faleas carthaginensis. epimenides
cretensis. Hoz institutiones & formas rez publicaz recen
sens singulas seorsum examinat. Itaq; multa ad eam for
mam rei publice quam scripsit plato. multa subinde ad eā
quam scripsit hippodamus. multa insup ad eam quam scrip
sit faleas disceptat. De ciuitatibus autem que actu erant
tres enarrat que optime ceteraz omnium gubernari puta
bantur. Lacedemoniozq institutа & mores. Deinde cartha
ginensium. Postea cretensium. Est pulcerrimum in his
uidere que instituta & forme illaz rez.p. essent, que ue p
bet aristoteles aut refellat. Multa preterea in hoc ipō libro
de athenienſium rep. Multa de solone de lycurgo de ceteris
legum positoribus amenissime referuntur. Cum igitur nul
lam taz rez.p. esse pfectam ostendisset. ipē iam in tertio
libro ac deinceps totam materiam ingressus: opinionem ac
disciplinam explicat suam. In quibus deus bone quanta
series rez quanta uarietas quanta explicatio pulcerrimaz
questionum. quanta exemploz historiaz q; multitudo in
ducitur. ut omnia que unq̄ facta sunt nota fuisse huic

philosopho uideantur. Quis putasset in his libris historiam
italie contineri.? Atqui ita refertur de italo rege deq; ita
lia ab eo nominata, ut michi latinam historiam legisse
uideatur. Quis putasset de carthaginensibus deq; eoꝝ in
stitutis & moribus ab hoc philosopho dica.? Atqui ita de his
refert: ut omnia illoꝝ cognouisse appareat. Precipue tam̃
est in eo disciplina mirabilis. Tres putat esse reꝝp. spe
cies rectas. Aut enim unus ad utilitatem publicam gu
bernat & hic est rex. Aut pauci & hi sunt optimates. Aut
multitudo mixta ex opulentis & popularibus: & hec pro
prie appellatur res publica. his tribus legitimis speciebus
tres alie species non legitime correspondent quas ille tu
labes tum excessus tum errores appellat. Labitur enim re
gia gubernatio in tyrannidem. Optimatum uo in paucoꝝ
potentiam. Res publica uo in popularem statum. Popula
ris igitur status non est legitima gubernandi species neq;
paucoꝝ potentia neq; tyrannis. sed omnes iste tres sunt ex
cessus & labes. Legitimaꝝ uo specieꝝ: prestantissima om
nium est rex, dignitate ac bonitate. Post regem optima
tes. post optimates res publica.]n labibus autem contrari
us est ordo. Popularis enim status que est labes rei.p.
statim post rem.p. collocatur. paucoꝝ autem potentia que
est labes optimatum post popularem sequitur. Tyrãnis
uo que est labes regni: sextum in ordine locum obtinet
] taq; labes regni fit, de suppꝛema specie ad infimam. id
est ex optima omnium rectaꝝ ad deterrimam omnium
deprauataꝝ. Relique uo species minus ex alto cadunt
quoniam non tam pfecta sunt q̃ regia gubernatio. Regu̇

autem ipoz utrum una sit species an plures & que sint
propria regis que ue tyrannica & qd interſit & quomo
fiant. Preterea que conſeruent gubernationem unius
que ue corrumpant & que conſilia atq; remedia pro
conſeruatione ſint adhibenda mirifice diſſeritur. Illud
autem admirandum qd nemo rex unq fuit qui presta
bilior eſſet: cuius exempla & mores non referantur. He
mo tyrannus p greciam aſiam ſiciliam italiam cuius
non uita & mores & quibus artibus dominationem con
ſeruauerit et quanto durauerint tempore deſcribatur.
Rurſus uo in plurium gubernatione que accidere conſue
uerint ſeditiones atq; diſcordie & quibus de cauſis ori
antur que ue conſilia atq; remedia aduerſus hec exiſtat.
Preterea de ſitu urbis de regione de magnitudine popu
li de diſciplina iuuentutis longo ordine demonſtratur.
Sed quid ago: tanq enim mare ingreſſus prouehi me in
altum ſentio. Referam ergo pedem & ad ipos libros ta
q ad litus reuertar ubi hec omnia diuinitus pſcribuntur.
Vale.

An hec pronomen in dicendu
ſcribendu q; ſit p.c.

Leonardus antonio grāmatico ſal. An dicendum ſcribendu
q; ſit hec pronomen michi p.c. litteram uel ſine.c. po
tius a me p tuas litteras ſtudioſe pquiris. Et ſimul ais
quibuſdam in locis notaſſe te ſic a me ſcriptum fuiſ
ſe: ut.c. littera interponeretur poſt primam.i. & aſpi
rationem ſequentem quod eſſe contra uetez conſue
tudinem affirmas. Nec tamen reprendere te id ais
ſed admirari qdem ac rationem huius req rere. Ego
autem non quibuſdam in locis ut tu ais ſed ubiq;

p.c. litteram eam dictionem scribere consueui. habeo
q; auctores huius rei dantem & petrarcam & boccac
cium & coluccium salutatum, doctissimos homines.
qui & ipsi ita scripserunt. & usus certe cõmunis idem
comprobat. Nam quis ita loquitur ut dicat mihi.
preter ineptos quosdam qui ostentare se uolunt an
tiquarios esse. Nec intelligunt ita proferri ab se hãc
dictionem mihi. Vt iudei & chaldei magis q̃ latini ui
deantur. Nam ille quidem nationes sic proferunt
coincidentiam earũdem uocalium ut abimo pectore
aspiratonem deducant. nec tam lingua & labiis q̃
guttare loquuntur. Si igitur & usus hoc habet & do
ctissimi homines nr̃e uel supioris etatis id obseruar̃.
cur ipẽ michi non putem obseruandum. Vsus nem
pe magister & dominus est sermonis nostri & q̃dem
nimium ut ita dicerim imperiosus. qui non tam ra
tione & uia: q̃ pro arbitrio moueatur. Neq; enim
cum michi dixerunt antiqui rationem secuti sunt.
sed uoluntatem usus. Nam ratio quidem ut analo
gia ostendit, non michi sed mibi dicere iubebat.
Vt enim me te se. sic etiam mibi tibi sibi erat dicen
dum. quod prepotens usus aspnatus est. credo q̃a in
eptum quiddam mibi sonare uidebatur, cum tibi et
sibi melius sonent. Vsus ergo qui tunc dominus fuit
etiam hodie dominus est & potest improbare q̃d tũc
probauit, alioq̃n uariatio nulla foret in uerbis nec
essent mutata tot antiquor̃ placita. Nam q̃d tu ma
gis de hac dictione michi q̃ de ceteris pene innume-

rabilibus admiraris.⁊ Non ne optume dicebant antiq
& peſſume. Eodem q; modo alia ꝑmulta.⁊ Vt editu-
mus decumus lubens lubenter pro pyrro etiam pur
rum dicebant & pro frigibus frugibus. Preterea ſiet
dicebant & non ſit, & poſiuerunt non poſuerunt. Nos uō
hec omnia uariauimus uſu iubente. Quin etiam ꝑ cice
ronis tempora cauſam ꝑ duo.ſ. contra uō iuſſus ꝑ unū
.ſ. ſcribebant. Vt agellius teſtatur & marmoreis quibuſ-
dam monumentis rome licet conſpicere. Inſup coera-
uit faciundum dicebant antiqui. Nos autem curauit
dicimus non coerauit, & faciendum non faciundum.
.C. uō litteram quam nos hodie in dictione michi inter
ponimus, antiqui locis q̄buſdam interpoſuerunt: nulla
cogente cauſa preter ſonum. Ceu et ſi & ubi, ſi cubi ne
cubi alicubi. Vſus ergo apud illos hec potuit. cur igitur
idem uſus apud nos idem non poſſit.⁊ Hichil quoq;
eodem modo ſcribo & profero dictus auctoritatibus et
rationibus quas ſupra dixi. Vale.

Leonardus clariſſimo uiro Iacobo foſcaro ſal ꝑ dicit. Scrip
ſi nouiter cōmentariuum quoddam rez̄ grecaz̄ ut nobis
aliaz̄ pericula forent exemplo q̄ ſint beilaz̄ contentio
num q; diſcrimina formidanda. Eum nunc librum tuo
nomine tranſcribi feci & pariuum licet munus ad te mit
to. quando quidem ut tuis litteris ad me ſcriptis ꝑſpexi:
tu meaz̄ opum comprobator ſimul atq; amator es. Que
uō me cauſa impulerit id cōmentariuum ſcribere, in
proemio eius libri poteris intueri. Ego enim obid in hac

epla breuior sum: quia proemium illud tibi legendum cē
seo. Et quoniam ad libros studia q; tandem rediuimus:
siquid noui post hac a nobis componetur: dabimus opam
ut ad tuam notitiam labores nostri pducantur. Vale &
cōmentarium illud lege queso diligenter. continet enim
luculentam historiam ac scitu dignissimam. propter incre
dibilem rez casuum q; uarietatem. Jtez uale viii kl Jañ.

Cum supiorem eplam exarassem: supuenerunt littere tue.
non une quidem aut altere sed quaterne simul eōdem
tempore. Vt facile appareret desiderium tuum. Jam me
pudet muneris mei pusillitatis cum illud tam auide expe
ctari a te conspiciam. Sed resarcietur aliquando maiori
aliquo munere. Vale.

Archiepō mediolanensi

Vidi exempla quazdam epistolaz passim de quibuscūq;
scriptoribus collectaz. que nup ad se mediolano trans-
missa fuisse noster poggius asserebat. Jn his una fuit
epla a nescio quo nebulone contra opusculum quoddā
meum scripta. Quam ego admiror in illo uolumine fuis-
se seruatam. Nichil enim habet epla illa quod aut pro-
desse aut delectare possit: nisi forsan quis delectetur hoc
ipō qđ michi male dicat. Quod si forsan ideo scripta ac mis
sa fuit: ut quēadmodum nup alfonso, sic etiam nunc
isti respondeam: grauis nimium prouincia michi impo-
neretur si haberem omnibus stultis & maliuolis qui con
tra me aliqd dixerint respondere. Satis est michi qđ
opera ipā mea in manibus doctissimoz hominum uersā
tur: qui de illis multo melius iudicare ualent, q̄ iste ne-

Sicofanta.

scio quis sicofanta qui acqrere se posse aliqd penes inimicos florentini populi existimauit, si illa que in laudem florentine urbis scripseram q̃ acerbe reprenderet.

Ego autem quantum ad me attinet, neq; laudator neq; assertor meo studio esse consueui, sed attenuator potius dum alii laudarent. Quare alioz iudicium sit qui recte iudicare possunt, cum de ceteris opibus meis. tum de hac ipa laudatione quã iste carpit atq; oppugnat.

Quãq; scripta fuit oratio illa a me valde tunc qdem adolescente, cum recens tunc primum e scolis grecoz exissem. Fuit enim ea laudatio mihi tanq̃ puerilis ludus ac exercitatio ad dicendum. Recti iũ iudicis est, cum alioz multoz tum etiam temporis considerationem habere. Neq; enim ciceronis oratio quã dixit adolescens pro P. quintio, eandem meretur laudem quã oratio post ab eodem dicta pro aulo cluentio. Laudamus tamen utranq; alteram ut adolescentis optime spei, alteram ut perfecti iam oratoris. Demosthenis quoq; orationes ille quas adolescens scripsit contra tutores suos, non eiusdem sunt uirtutis, qua est illa subtilis de ĩmunitate ad leptinem. aut illa prestantissima pro ctesiphonte, aut illa grandis & plena. in qua falsae legationis eschinem accusauit. Eqdem pari quoq; adolescentia laudationem illam scripsi. Sed tamen in ea ipa iuuenili laudatione pmulta reperientur a me tractata fuisse que lector equus & diligens: ut leniter dixerim non aspnetur. Non enim temere neq; leuiter id opus aggressi sumus. Neq; uagi atq; incerti p semi-

tas nobis incognitas peregrinantium more: nostro ipsi
arbitratu processimus. Sed ducem itineris totiusq; lau
dandi progressus certum indubitatumq; habuimus:
aristidem celebrem apud grecos oratorem eloquen
tissimum hominem cuius extat oratio pulcerrima de
laudibus athenaz. Illius sermo tanq̃ magister michi
fuit. Conatus uō imitandi tanq̃ ludus exercitatioq;
adolescentie. Genus autem dicendi: nam id etiam cō
siderare iudicem oportet in huiuscemodi laudationi
bus plausibile quoddam & glorioſum esse debet id gre
ci panygraton uocant. nec ad subtilitatem disserendi
sed ad plausum multitudinis accōmodari. Omniſq;
laudanda occasio arripienda est in eo genere ac uerbis
extollenda. Itaq; aristides humanitatem atheniensiū
laudans inquit: regionem quoq; ipām eadem huma
nitate sese in mare extendere, quasi obuiam progre
dientem ac manus porrigentem nauigantibus qui ad
se uenirent. Et alio loco antiquitatem laudans inqt
alios quidem populos aduenas esse suaz ciuitatum ha
bitatores. Athenienses uō ibi natos ab initio ubi in ha
bitant eamq; regionem homines genuisse ac peperis
se. Item alio loco inqt. ceteras urbes omnes uel ad
occasum uergere uel ad orientem uel ad septētrio
nes uel ad meridiem. Solas uō athenas ad nullam
istaz partium uergere sed esse in medio haz omni
um constitutitas. Vt quicqd ultra citra ue quoquo
uersus existat: id uel orientale uel occidentale uel se
ptētrionale uel meridionale sit appellandum. Hec &

Aristides de
Laudibz Athenaz.

huiusmodi pmulta in ea laudatione scripta: quis non uidet non ad ueritatem sed ad plausum & letitiam multitudinis audientium ptinere. In laudationibus enim ciuitatum ad eos ipos habetur sermo quos laudare uelis. coronamq; flagitat id genus dicendi & multitudinem populi: non ad iudicia uel ad decernendum aliqd de re p. coactam: sed ad plausum & letitiam ex propriis laudibus precipiendam. Genus igitur dicendi in huiusmodi laudationibus: tale quoddam est. quod si intellexisset reprensor meus parcius reprehendisset. Aliud est enī historia aliud laudatio. historia quidem ueritatem sequi debet. Laudatio uō multa supra ueritatem extollit ut in laudibus athenay factum ab aristide supra ostendimus

Neq; enim uerum est atticam regionem illam homines genuisse ac peperisse. cum terra neq; concipiat hominē neq; pariat. Nec etiam uerum est athenas esse medium umbelicum habitabilis terre. cum alibi sit huiusmodi punctus. Sed hec omnia quanq̄ non uera nichilominus ornate ac probabiliter cum plausu quodam ac letitia multitudinis auribus infunduntur. Cum igitur huiusmodi sit in laudandis ciuitatibus dicendi genus. constet uō florentiam romanoy esse coloniam: nam id clarissimum est & negari non potest: quis iuste admirari debet uel conqueri quod dictum fuerit a me in laudatione presertim gloriam & res parentum ad filios tanq̄ ad successores legitimos ptinere. hic est enim proprius & conueniens laudandi locus. At reprehensor meus ut pote q hec nō intelligit: pinde ac si hereditas apud pretorem in iudi-

Constet flor^a romanor^m esse coloniam.

cio peteretur/ negat populum romanum esse mortuum.
meq; deliraré putat qui hereditatem uiuentis ad alium
ptinere scripserim. Viuit inquit populus romanus. tu he
reditatem eius ad alios defers. Vtinam uiueret. Sed cer
te populus ille romanus de quo ipē loquor/ iam pridem
mortuus & sepultus est. hec autem que nunc rome ha
bitat colletitia turba: non dominatur/ sed seruit. Qua
re de mortui agitur/ non de uiuentis hereditate. Sed fin
ge ipm uiuere quanq̄ est mortuus: an inconueniens est di
xisse. gloriam & res parentum ad filios tanq̄ ad succesſo-
res legitimos ptinere.ꝰ Si enim uiuo parente res eius
ad filium nichil ptinent: ad quid inducta foret exhere
datio filiorꝫ.ꝰ Satis quippe fuerat uel preteriisse uel non
instituisse/ si hereditas ad eos non ptineret. Quomodo
dixisset ille senex apud terentium de filio meus parti
ceps.ꝰ Qua ratione seipm remordens eneas de ascanio
dixisset quem regno italie fraudo & dotalibus armis.
taq; si uiueret parens/ foret inconueniens ita de filio di
xisse. Alia enim fori & iudicii ratio est/ alia laudationis
n foro quidem possessio bonorꝫ petitur aliis auferenda.
n laudatione uō gloria & res parentum ad filios ptinē
monstratur. qua in re nichil parentibus aufertur/ īmo
plus tribuitur/ cum gloria & amplitudo que parentes illu
strat in filios quoq; fulgere asseueratur. Quare discat q̄
so iste quisquis est huius laudationis reprensor/ modera
tius loqui/ genusq; dicendi quale postulet laudatio non
ignoret. nec me inconsiderate ac temere processisse arbi
tretur. cum & ducem probatissimum habuerim: et nichil

non ad exemplum laudatissime orationis in hac mea di
rexerim. hec pro cognitione tua scripsisse uolui. Nam
obtrectatorem illum meum, neq; noui eqdem, neq; no-
minari unq̃ audiui. Sed satis apparet furiosum quẽ
dam esse quisquis is sit. Simul enim reprehendit de
rebus sibi incognitis simul q; maledicat quasi non ra
tione sed odio furore q; moueatur. Quid autem hic si
mile habet alfonso.º Ille ueterem interpretationem eth
coꝝ suis rationibus defendebat. de me autem nichil ni
si honorifice loquebatur. Tribuebat litteras splendorem
q; orationis. plura deniq; q̃ ego ipẽ uellem in hac parte
de me predicabat. Vnum modo reprehendebat qd nouã
interpretationem meam ueteri anteferrem. et in hoc ipõ
tamen humanissime ac moderatissime opinionem suam,
non contumelius ut iste sed rationibus tuebatur. Hic aũt
alter nichil modesti habet. Itaq; ego ille qui alfonso mo-
derate admodum ciuiliter q; respondi, hanc moderationẽ
meam huic respondens seruare non possem. Iurgia uõ
& contumelias si reddam et in his diutius consistam, ue
reor ne ipẽ leuior ac stultior fierem q̃ iste ipẽ qui me pro
uocat. Et profecto si certare maledictis uellem, abun
dantissima michi contra hunc asinum suppeditaret ora
tio. Sed in tam leui re occupatum esse pudet. Itaq;
hec preteribo atq; omittam. rideboq; potius illius ignorã
tiam ac fatuitatem q̃ ipse facere aliqd me indignum
adducar. Et de litteratura quoq; si deo placet, nescio
quid cauillari pgit homo stolidus et insanus. Qua q̃
dem in re idem sibi contigisse uideo, quod presbiteris

ruralibus euenire consueuit. qui propter ignorantiam
litteraꝝ abradunt in libris suis que bene scripta fue
rant uel aliter pronuntiant q̃ scriptum sit. asserentes
illo modo stare non posse. hoc idem illi contigit in libro
meo, si modo meum habuit. Quod si alienum habuit li
brum: & forsan ut fit a scriptore aliquo mendose tran
scriptum: quid me accusat? Neq; enim ciceroni impu
tamus, qd epte eius ad atticum multis in locis librariorꝝ
uitio ita scripte sunt, ut stare uerba non possint. Neq;
uirgilio quod quandoq; ita scripti uersus eius reperiuntur,
ut pedes non habeant congruentes. Sed nichil est ma
lignius caluñiatore neq; peruersius. qui cum hec sciat
non esse reprendenda, tamen p caluñiam reprehendit.
homo stultitie & ignorantie & leuitatis plenus, qualis est il
le: non aliter q̃ contumeliose ac maligne loqueretur. Nã
quales sunt hominum mores, talis et sermo esse consueuit.

mendose?

Leonardus M. triuisensi. Non satis diluicide propositam
a te questionem ullam uideo de qua p tuas litteras per
contaris. Ais enim cum sermo foret de rhetoricas institu
tis dixisse quendam eruditum hominem ex his qui tunc
aderant solute pronuntiationis uim dutaxat maxime
usum & exercitium desiderare. Deinde quasi ratio hu
ius dicti afferatur subicis. Cum enim dicamus inqebat
& non aliud? Non aliud. hec sunt uerba questionis
proposite. Dico igitur, nec primo loco dictum michi sa
tis clarum uideri: et que ad declarandum subiicitur ra
tio: non tam ipm declarat q̃ obscurat. Sed accidit forsan

ebetudine mea ut minus intelligam. Itaq; prius q̃ propo
site questioni respondeam pcontabor ipẽ te imo illum qui
hec dixit. nam tu relator es ac non auctor. Primum igit̃
quero quid ille sibi uoluerit dum inquit solute pronun
tationis uim. Solutam enim pluribus modis dici solet. A
liter enim solutam pecuniam dicamus. Aliter solutam q̃
stionem. Aliter cum dicimus ripe soluta obice saxi. Vt
boetius. Aliter cum dicimus lege solutus. Vt de pyndaro
inquit flaccus. Aliter solutam orationem ideſt absq; metro.
Aliter cum dicamus solutus in dicendo ideſt promptus et
fluens ac minime ligatus. hec michi occurrunt scribenti.
Sunt credo & plures modi quibus solutam dicimus. Cum
igitur inquit solute orationis: quid tandem intelligit.?
Vtrum quẽadmodum solutam pecuniam & solutam questio
nem & solutam ripem dicimus. Vel potius quẽadmodum
solutam orationem. hx est prosa non uersu.? Si hx uult
cur minus in uersu pronuntiationem habere locum existimat
q̃ in prosa.? Roscius enim ac ceteri histriones boni. qui
tragedias uel cõmedias agebant: plus artis in pronuntiando
habuerunt q̃ oratores. Sin autem dicere uult solute oratio
nis ideſt prompte fluentisq; nouum loquendi morem in
ducat. Pronuntiatio siquidem quam meliori uocabulo actio
nem dicimus: non solum uoce uez etiam gestu multiq;
conficitur. Quomodo igitur congruere potest si dicamus
soluto gestu soluto multu. Certe nullo modo. Itaq; ut pa
ce sua dictum sit, solute pronuntiationis dixisse non satis
quid uelit ostendit. Deinde quod subiicit uim: obscuri
tate non caret. In dicendi enim arte quedam est orato

ris uirtus quam appellamus uim. Hec uirtus demosthenı
tribuitur maxime. Jnquit enim cicero uim demosthenı tri
buimus leuitatem eschinı subtilitatem hypericle. Et quin
tilianus ciceronem laudans inquit. Expressit uim demosth
nis iocunditatem socratis. copiam platonis. Vtrum igitur
iste uim dicens: de hac uirtute oratoria intelligit. an de a
lia re michi uehementer obscurum est. Nam si de latroni
bus loqueretur non dubitarem quid esset uis. Est enim
uiolentia contra ius illata. Nunc autem cum de oratorib;
loquatur uerba intelligere debemus secundum subiectam
materiam. Est enim uis in oratore uirtus quedam cui iu
dices resistere non ualent. Deinde quod subiicitur dūtaxat
maxime usum & exercitium desiderare: absurdissimum ui
deri non īmerito potest. Nam dūtaxat excludit maxime
implicat. Et enim qui usu maxime fieri dicit: significat
& aliis modis fieri q̄ usu. Qui uō usu dūtaxat fieri di
cit: alios omnes modos excludit. Atq; ita pugnantia inter
se dicere uidetur: qui dūtaxat & maxime simul coniungit.
Quod autem inquit desiderare eodem uitio laborat. Deside
rare enim idem michi significare uidetur q̄d carere ac de
ficere. Jn eo prelio inq̄t liuius desiderati sunt milites cen
tum / ideſt pierunt. Desiderauimus humanitatem tuam.
ideſt defuit tibi humanitas. Vsum ergo & exercitium de
siderare nichil significat aliud q̄ usum & exercitium non
habere. Hec tecum quando quidem tu grāmaticus es / disce
ptare libuit: & quasi zetemata quedam tibi proponere. Nā
illud quod subiicitur tanq̄ ratio primi dicti. cum enim in
quiebat dicimus & non aliud. Non aliud: eiuscemodi est /

dūtaxat excludit
maxime ꝓplicat.

aliis significat desi
derare

ut non ad grãmaticum ſed ad edipodem uel ad ſybil
lam ſit reiaendum. quoꝝ alter ſpingis: altera futu
ri ſeculi caliginem patefecit. Ego uiõ cum dauuſ ſim
non edipus ut inqt ille apud terentium ſeruus: ad
iſta quibus diuinatione opus eſt reſpondere nõ poſ
ſum. Quod ſi queſtio illa michi propoſita ſit an pro
nuntiatio uſu duũtaxat nobis comparetur. negabo eqdẽ
nec id ſane ĩmerito. Quanq̃ enim uſus ac exercitatio
in ea re multum ualeat. tamen prime ac maxime
partes nature ſunt. Nam magnitudinem claritatemq;
& ſuauitatem uocis, natura prebet & dignitatem uultus,
geſtuſq; uenuſtatem. eadem natura largitur. Ars de
inde ſupaddita hec nature bona uel temperare po
teſt ſi ardentiora ſint: uel extollere ſi frigidiora exi
ſtant. Vſus abſq; arte periculoſus eſt crebroq; aber
rat. Contra naturam uiõ nemo feliciter pugnat. Itaq;
nullus in dicendo magnus euadere unq̃ poterit qui
non habeat largas a natura dotes & eas ipſas ſtudio
& arte & exercitio confirmatas. Eſſe uiõ artem quãdam
pronuntiandi & non uſum ſoliũmodo: hyſtrioneſ ſce
na q; declarant. Demoſtheni certe ac ciceroni cum
uterq; in actione deficeret: hyſtriones duo ad proba
bilem modum pronuntiandi reducerũt. Siquidem
demoſthenes ab ſatyro. tullius uiõ ab roſcio inſtitutus
eſt in actione. Ex quo palam eſt non exercitationem
ſolam ad hoc ſufficere. ſed artificio quodam adhibito
comparari. Vale.

Vſus & exercitatio

Natura
Ars

Ars & ña negat nemo
fere ardet

Francisco pizelpasso.

ADmirabiles profecto eplē apud uos scribuntur reuerē
dissime pater/ ut ego p̄ hos dies conspexi. Venerunt
enim ad manus meas exempla quazdam epistolazꝝ
in quibus una fuit tue paternitatis ad ducem cloce-
stre de obitu meo. Altera fatui cuiusdam ac ridendi
nebulonis ad candidum, contumelias & maledicta in
me continens. Erant insup alie complures epistole.
de quibus quid ipē sentiam non necesse est nunc api
re. At enim duas illas quas primo retuli silentio pre-
terire non possum. Primum igitur quantum ad signi
ficationem mei obitus attinet. ut iocose pro antiqua fa
miliaritate nostra tecum agam. Tu etiam atq; etiam
uide quomodo famam existimationem q; tuam defen
das: qui de uiuentis hominis obitu litterꝰ tuis tuoq;
sigillo impressis apud ducem clocestre testificatus fu
eris. Atqui iuri opam dedisti. nec ignoras quenam hu
ius delicti pena sit a legibus constituta. Deinde quid
sibi uoluit tanta festinatio ac properatio scribendi: pre
sertim de re tibi dolorosa, & illi ipsi minime placitura
cui significabas. Prospera enim significare celeriter ac
libenter solemus. Aspa uō nemo libens significat. Que
igitur fuit causa tam properandi: Instabat ut uideo
candidus ac te impellebat. conceptam ex illo duce spem
labi non patiebatur. Faceret candidus ut uellet. tu ra
tionem potius habere debuisti grauitatis tue q̄ illius
uoluntatis. Quid autem illud quod in eadem epistola p̄
te significatum fuit duca clocestre me defecisse in promis
sis, cum eos qui sibi ame promissi fuerant politicoꝝ libros

Leo. ad quendam ducē scripsit. et qdā Nebulo ad alium ipz leo. scripsit.

Rafellis scripta de obitu suo falsa

tribuerim alteri. Hec profecto neq; amica neq; de amico uox fuit. An tu candidi usq; adeo inseruire studio debebas, ut talia de me scriberes: presertim & tibi incognita & non uera:' Eqdem cuncta que promiseram duci clocestrie cumulatissime psolui. Itaq; non magis de obitu meo falsum sibi relatum fuit q̃ de promissor defectu quod ut scias attende. Scripsit ad me dudum clocestrie dux se libros ethicor p me traductos uidisse tollebatq; illus in celum laudibus. ac prouenisse ex illis mirificam utilitatem studiosis omnibus predicabat. Proinde hortatus est me. ut pro cõmuni utilitate libros quoq; politicor eodem modo in latinum transferrem. hoc illi tandem promisi. Nec promisi modo uer etiam adimpleui. primumq; uolumen eius opis insigniter ornatum ad illum p manus bonromeor qui londonis negotiantur transmisi, ac presentari illi domino fec. Vbi est igitur defectus fidei mee:' Vbi frustratio promissor:' Postulauit inq̃ ut pro cõmuni utilitate illos transferrem. Vt uõ sibi ut ita dixerim titulum libri adscriberem: nec ipe petiuit unq̃ nec ego promisi. Nam si promisissem: obseruassem, nil enim michi facilius erat. Sed ego illa gloriola delectari tantum p̃n cipem non putaui, presertim cum ipe non peteret. & me aucupari gratiam p huiusmodi scriptiones nolebam uide ri. Quare nec mors nuntianda fuit cum essem uiuus, nec defectus fidei. cum in me non esset. Equidem ab illo duce nichil unq̃ accepi, nec unus quidem obolus ut dici solet ab illo michi collatus est. Tua uõ paternitas credebat forsan me infinita quadam pecuniar ui ab illo ex-

orta libros ſibi promiſſos alteri tradidiſſe. At enim ipē nunq̄ ſtudia mea uenditaui. neq; mercaturam librorū un q̄ feci. Nec unum mittens librum alios retinui. ſed ut erant octo libri: uno uolumine ſimul omnes ſtatim atq; illos abſolui, cloceſtrie duci liberaliſſime tranſmiſi.

- honeſta rōganti.

Deberent profecto homines ſuas res agere ſine alioꝝ inſectatione atq; calumnia. Nec de tua loquor reuerentia q̄ omnia de me poteſt cui omnia p̄mitto, cui omnibus ac quieſco. ſed loquor de iis qui hec te ſcribere uoluerunt, quos de rebus ſuis loqui oportuit: meas autem nequaq̄ attingere. Hec ad epiſtolam tuam. De altera uō illa ſtultiſſimi ac leuiſſimi nebulonis epiſtola: qui tanq̄ canis egyptius contra me latrat: riſi ſtultitiam ſtriptoris furioſi ac uefani. Atq̄ impudens eſt ille nebulo. Sic enim me contemnit: ut ingenio ut intelligentia omni, ut cunctis deniq; que dici poſſunt ſpoliet. Illi autem ad quem ſcribit ſcientiam eloquentiam ingenium & cuncta que dici poſſunt attribuat. O petudem neq; enim appellari hominem decet cui tam inſenſatum iudicium ſit.

- Contra Nebulonē.

Cardinali comenſi.

Si tempora me non impediſſent reuerendiſſime pater, feciſſem id quod erat amicitie nrē. ut gratulatum ad te ueniſſē pro hac noua exaltatione tua. Nunc autem prohibitus ratione quadam ac reſpectu reꝝ minime negligendaꝝ excluſus, tibi quidem palam exhibere officium abſtinui. Ip̄ tamen pro te michi gratulatus ſum ac letatus tua dignitate, ita ut nemini tuoꝝ in hac parte conceſſerim. Quod ſi deus dederit: quod & ego opto & te optare ſcio, ut ex hac belli

turbulentia/ pacis amenitas ſubſequatur: facile q cq d
uel amiſſum uel interruptum eſt conſuetudinis nrē
ſedulitate officiū compenſabimus. Vnum tamen differ
re uolo quod animaduerti quibuſdam in litteris cuma
num te ſcribi a ciuitate uidelicet de qua exaltatus es
ad cardinalatus ſupeminentiam. Id uō erratum ſi in
alio foret ſilentio preterirem ac darem cōmuni ignorā
tie. In te autem homine docto ac litteris expolito, ne
quaq̄ michi pretereundum uidetur. Non enim cuma
nus dicendum eſt ſed comenſis. Rationem uō huius
ſi queris/ nichil eſt quod facilius explicari poſſit. Due
ſunt enim ciuitates italie nominibus fere contigue. ſitu
bus uō locoȝ ualde diſtantes. Vna ſecus mare inferum
que cume uocatur. Ex hac urbe ſybillam fuiſſe dicūt.
H ec eſt urbs ad quam eneas nauibus ex ſicilia puenit.
de qua uirgilius inqt. Sic fatur lacrimans claſſiq;
ĩmittit habenas. Et tandem euboicis cumaȝ allabitur
oris. Hec etiam eſt urbs de qua iuuenalis inqt. Quā
uis digreſſu ueteris confuſus amici: Laudo tamen ua
cuis ſedem q̄d figere cumis. Deſinet. atq; unum ciuē
donare ſybille. Janua baiaȝ eſt & grati litus ameni:
S eceſſus. ego uel prochitam prepono ſubure. Eſt igi
tur hec urbs in litore maris non longe a puteolis & ne
apoli. Vtq; piſe & athene & uolaterre plurali tantum
nomine dicuntur. ſic etiam cume. Vt uacuis cumis.
& cumaȝ allabitur oris. A cumis uō ūſtis cumanus dica
tur ut cumana ſybilla cumanus ciuis, cumanus preſul.
S unt autem hec omnia luce clariora: milleq; auctorita

tibus si foret opus probarentur. Altera est urbs nō lon
ge ab alpibus, penes lacum qui dicitur larius. hec au-
tem urbs non cume sed comum appellatur. fuit antē
hec patria. C. plinii secundi oratoris qui p tempora
domitiani & nerue & traiani floruit. Comum uero
ab initio positum fuit a transalpinis gentibus. quanq̄
de prima eius origine ambiguitas est. Postea uō lon
go interuallo colonia romanoꝝ ciuium in eam urbem
fuit deducta, eamq; urbem nouum comum appella
runt quasi renouata ciuitas esset ob colonos nouiter
inductos. Itaq; de plinio ita scriptum legimus. C. plini
us nouicomensis orator. Vides igitur nouicomensem
dici. & siquis noui abiciat comensem esse dicendum.
Vulgo etiam loquentes comum appellant eam urbem nō
cumas, vt melius uulgaris sermo ueritatem seruauerit
q̄ homines paꝝ eruditi qui omnia sua ignoratione con
turbant. Quod uō penes antiquos nouum comum ap
pellaretur declarat catulli poete ueronensis epistola uer
sibus scripta ad cecilium poetam sodalem suum. Sic e
nim inquit. Poete tenero meo sodali Velim cecilio pa
pire dicas. Veronam ueniat, noui relinquens Menia
comi lariumq; litus. Nam uolo quasdam cogitationes.
Amici accipiat sui meiq;. & cetera que sequuntur. Pli
nius quoq; ille maior in libro naturalis historie ter
tio. comum appellat. Sicenim inqt. Oromouioꝝ stir
pis esse comum & bergamum cato existimat. Verū ori
ginem gentis se ignorare fatetur. quam docet corne
lius alexander a grecis ortam, interpretatione etiam

C. plinius secundus orator fuit & patria Comensis.

Catullus poeta Veronensis.

nominis quasi uitam in montibus degentem. Item alio loco idem plinius ita scribit. Latitudo italie subter radices alpium a uaro flumine p uada sabatia: taurinos comum bergomum brixiam ueronam. Vicetiã Opitergium aqleiam. tergestas polam arsiam. septẽgentus quadragintaqnq; milibus passuum colligit. Quid ergo est cum ista probauerim te hominem adprime doctum magis censeo uerum sequi debere q̃ in hũc manifestum nominis errorem consentire. Nisi forsan cumis & bais & calidis aquis magis delectaris q̃ gelido lacu de quo uirgilius in laudibus italie inqt. Quid uelacus tantos te lari maxime teq; fluctibus & fremitu assurgens benace marino. Vale ac me ama tibiq; persuade a me plurimum amari.

Cardinali comensi

DE ceteris quidem omnibus excellentissime pater: ut ex litteris tuis conspicio, nulla inter nos uarietas est. Nam & pretermittenday gratulationum probabilem michi causam fuisse concedis, et incõmoda belli pariter deploramus: & de urbe como que scripta fuerunt a me: tua paternitas assentitur: & non ingratam sibi fuisse rey illay cõmemorationem ostendit. Restat igitur una pars non in controuersia quidem sed in admiratione de uerboy scilicet que a ciuitatibus oppidis ue trahuntur pmagna quadam & incomprensibili uarietate que a te perite scienterq; cõmemorata ac multis exemplis demonstrata fuit de qua qd ipẽ sentiam optas certiorem a me fieri nisi michi graue sit, & nisi res indigna uideatur.

Ego uō tantum abest ut grauer de hisce rebus scribere
& loqui: ut etiam gratias tibi pmagnas habeam. qđ ex
presentibus occupationibus non satis michi quidem
iocundis ad cogitationem rez michi iocundissimaz
me reuocasti. Licet enim nos derideant ii qui neq;
quid neq; quomodo loquantur unq̃ cogitarunt. ipse ta-
men recte emendateq; loquendi peritiam a prestanti
bus uiris non existimo negligendam. Verboz enim de-
lectum eloquentie principium constat esse. Nemo qđem
eloquens esse potest qui non rectis & congruentibus uerbis
utatur. An igitur C. iulius cesar tantus uir librum de
analogia ideo de formatione tractuq; uerboz cum laude
scripserit: nobis uō turpe fuerit illis ipsis de rebus tractare
& loqui? Fateor ergo in eoz uerboz de quibus a te scribit̃
formatione pmagnam quãdam esse uarietatem. adeo ut uix
rationem ullam analogie constare in illis uideam. huius
uō causam puto. qđ alia greca sunt oppida alia barbara
alia latina. In singulis autem & uoces & consuetudines re-
gionum pmultum ualuisse reor. Ciues enim & oppida
nos par est huiuscemodi appellationes ab initio frequen-
tasse. Vtq; ipsi sese scribebant: sic ab aliis uocabantur. Ex
quo factum est: ut greco4 oppido4 homines ad gretam
linguam latini ad latinam barbari ad barbaram declina
rent. Similitudines quoq; ac uicinitates frequenter in hac
re ualuisse comperio. In multis etiam suauitatis concin̄i
tatisq; rationem habitam puto. Ex his autem causis ua-
rietas tanta suborta est quantam esse uidemus. Vt uō
aliqua de his exempli gratia p nos attingantur. Quid si

Verboz delect⁹ pn̄a est eloquen tie.

mulius esse potest in uerbis q̃ est uerona & ancona. Cur igitur alios ueronenses dicimus alios anconitanos. Greca uidelicet ciuitas ancona fuit. hoc est a grecis conditoribus posita nomen q; anconitani a greca uoce trahuntur anconite. Ipsi enim conditores sic ab initio uocare cepunt. Tomum ciuitatem scimus esse in ponto nõ longe a fluminis danubii hostiis constitutam apud quam relegatus fuit ouidius poeta. Verbum ab eatta etum tomitanum facit non tomensem de qua inquit ouidius ipẽ. Naso tomitane non iam nouus incolaterre. hoc tibi de getico littore mittit opus. Tomum igitur & comum ita similia esse uideo terminatione & syllabis ut nichil differant. Tamen ab altera comensem dicimus. ab altera tomitanum, terminatione illa greco y lingue consona qua etiam anconitanos dictum ostendimus. Illa etiam greca sunt oppida & ad figuram greco y figurata uerba. Neapolitani parormitani drepanitani lilybetani. in quibus non coresponde analogiam latino y uerbo y non eqdem admiror. Nam ut a fano fanensis sic etiam a drepano drepanensis secundum latinam analogiam erat dicendum. Segregemus igitur ea uerba que a grecis habent conformationem quãdam neq; de ho y uarietate admiratione suscipiamus. Voces etiam ac mores regionum inter causas uarietatum assignauimus eamq; rem pmultum ualuisse in appellationibus manifeste deprendit. Vicini enim ad exemplum uicino y faciliter ptrahunt. Vt in campania ferentinates arpinates aquinates ca

finates antiates Et in umbria fulginates Vrbinates.
& hoꝝ uicini illoꝝ secutiuoces a sarsena sarsenates a
cesena cesenates a rauenna rauẽnates dixere. Nã qd
uetabat dicere cesenenses sarsenenses rauennenses.ꝯ
Gallie transalpine urbs est gebenna. nomen ab ea tra
ctum gebennenses facit. Poterat ꝑ eandem analogiam
a rauenna rauennenses dici. Nichil enim interest in
ter rauennam & gebennam, sed incole illius loci rauẽna
tes maluerunt dici ad similitudinem sarsenatum & ce
senatum finitimoꝝ suoꝝ. Hec sarsena de qua loquimur
plauti comici poete patria fuit. Sita uõ est inter cesenã
& aretium. Jta ut dioceses eaꝝ ciuitatum utrinq; attin
gat. Suauitatis quoq; rationem habitam in multoꝝ for
mationibus conspicio. Aurium enim sensus delicatissimus
est. cuncta q; repudiat que non belle sonant. Pisas senas &
fessulas pluraliter dicimus. A pisis pisanum a fessulis fes
sulanum a senis senensem dicimus non senanum qa
insuauiter sonare uidebatur. His tribus exceptis causis,
analogie ratio in uerbis quidem latinis satis constare
uidetur. Vt florentia placentia Vicentia consentia
cum eandem in ultimis syllabis habeant terminationẽ
eodem modo formentur ab ẽis nomina florentinus
placentinus uicentinus consentinus Aretium sutri
um clusium regium opitergium patauium & ce
tera his similia eodem modo aretinus sutrinus clusi
nus reginus epitergínus patauinus faciunt. Item
tarentum tridentum tudertum tarentinus triden
tinus tudertinus. Que uõ habent o longam ante

plautus fuit
d Sarsena

na. vt uerona cremona cortona hippona dertona. ſauo
na & alia huiuſmodi analogiam ꝯſeruant. Medio
lanum & fanum cum ſimiliter ſonent, ſimilia producũt
ex ſe nomina. Eodem modo ferrana & nouaria. Tuſcu
lum eſculum uerulum & alia huius generis tuſculanus
eſculanus uerulanus. Mantua & capua mantuanus &
capuanus. Licet antiqui ꝑ ablationem v. litteræ cāpanũ
dicerent. vt campane delitie. campanus ſenatus, cam
panus ciuis. Sed nos hanc ſpinoſam ſiluam omittamus
Neq; enim tractare de tota re, ſed aliqua delibare exempli
gratia propoſitum fuit. Cur autem comenſes dicendum
ſit potius q̃ comanos, due ut michi uidetur queſtiones ſũt.
Aut enim de nobis queritur, aut de primis impoſitorib;
Si de nobis nichil expeditius eſſe poteſt. Cum enim uete
res doctiſſimi uiri ita ſcribant & nos eodem modo obſer
uare debemus. Plinius in libris de naturali hiſtoria in-
quit. In comenſi iuxta larium lacum fons horis ſingu
lis intumeſcat ac reſidet. et alibi ſcriptum eſt. C. plinius
nouicomenſis. Quare nos quoq; eodem modo ſcribere
ac loqui debere manifeſtum eſt. Quod ſi de primis im
poſitoribus queritur curmaluerint comenſes dicere q̃
comanos: credendum eſt non ſine probabili ratione ab
illis factum. Vel quia magnificentius ſonare uidebatur.
Vel quia mediolanenſes & laudenſes & huiuſcemodi uica
noz appellationes, eos ꝑ ſimilitudinem imitati ſunt. Vel qa
remenſium & parmenſium analogiam magis ſequen
dam cenſuerunt. Potuit etiam illos ea cauſa inducere
qd comanus idem ſignificat qd uillanus & ruſticanus

Coma ſi quidem grece nulla eſt. Vt autem ab urbe urban⁹ & urbicus: & a nulla nullanus & nullicus: ſic etiam a coma comanus & comicus. Itaq; ut hanc nominis equiuocationem non ſatis honorificam uitarent, comenſes dicere maluerunt q̄ comanos. Vale.

Regi aragonum.

Iam pridem ſerenissime rex inſignem preſtantiam mirabilium uirtutum tuarū conſpiciens, gauiſus ſum ipē mecum & ſeculo nrō gratulatus, quod ei contingat regē habere preſtantiſſimum. & tam belli q̄ pacis artibus gloriosum. Cuius induſtria in bello gerendo ſapientiam siñ mam. patientia uō ac pſeuerantia magnanimitatem eximiam oſtenderit. Quid dicam de iuſtitia que inter plurimum lucet. ꝯ Quid de pietate ac religione. ꝯ Quid de fidei conſtantia. ꝯ Quid de omnium rerū moderatione. ꝯ Quid de ſtudiis litterarū quibus in medio ferui re maximi belli dare operam nunq̄ deſtitiſti. ꝯ Maxima profecto ſunt hec. & eximia regis ornamenta. Itaq; & illa que dudum ate poſſidentur hereditaria regna ſub tantis uirtutibus tuis tranqlle beateq; degunt. et hi qui inſup ex te adiuncti ſunt populi: ſub tua gubernatione eandem tranquillitatem ſperare merito poſſunt. Quis igitur iſta conſiderans non faueat ceptis tuis. ꝯ Quis tuo nomini non ſuffragetur. ꝯ Eqdem ſi tantam opam miluie dediſſem quātam ſtudiis litterarū impendi; armatus forſan prodeſſe non nichil poſſem. Cum uō non arma didicerim tractare ſed libros: in hoc ipō quod didici ne opa mea tibi deſit annutar. Itaq; politicorū ariſtote-

Huius Regis laudes enumerans Leonardus Orator gloſus & excellens ad eū miſit politicorum Ariſtotelis libros q̄ ipſe Regis & queuetel⁹ p ipm traduct⁹.

lus libros p me in latinum traductos ad te mittere con
stitui magnum ac diues instrumentum regie guber
nationis, ac propriam regis supellectilem. Nam ce
teri quidem libri ut michi uidetur, cõmunes omni
um ut ita dixerim sunt. hi autem proprii regis.
Siqdem rex a regendis populis dicitur. libri autem
hi nichil aliud docent q̃ quẽadmodum populi regã
tur. Quare ego ille tue laudis auidus te hortari ob
testari q; non desinam: ut hos politicoz libros q̃ fami
liarissimos tibi facere studeas. Licet enim a parentib;
regibus, ut tue dictabant littere, p multa ac pretlara
exempla bene regendi suscepis: tamen aliud est natu
ra aliud disciplina. Vt in rhetorica & musica licet in
tueri. Qui enim musice scientiam tenet: longe meli
us de illa iudicabit & sentiet q̃ is qui uel ex ingenio
proprio uel ad imitationem alterius uocem formabit.
Idem quoq; est in arte rhetorica. Etsi enim magnis
ingeniis predita quidam, copiam dicendi sine arte
assecuta sunt, ars tamen dux certior est q̃ natura.
Aliud est enim arbitratu suo uerba facere. Aliud ea
que dicas ratione & arte distinguere. Regia qdem
dignitas suprema est omnium dignitatum huma
na. Itaq; potest iouem non imperatorem appellãt
sed regem tribuentes deo id nomen quod est apud
homines maximum atq; amplissimum. Multa igit̃
ac maxima ornamenta & a natura & ab arte digni
tas regia requirit, si munus suum recte uelit adim
plere, cum esse debeat tanq̃ deus quidam inter homi

Ars certior est duce
q̃ nã.

No. p Rege.

nes excellens bonitate excellens sapientia excellens
uirtute. Quod considerans philippus macedonum
rex sapientissimus ac maximus uir. alexandrum fi
lium aristoteli in disciplinam tradidit quo illam
quam modo diximus excellentiam adipisceretur.
Extat q; illius epistola ad aristotelem de alexandro.
in qua hec sunt uerba. Diis inquit gratias habeo.
non tam proinde qa natus est. q̃ pro eo qđ eum
nasci contigit temporibus uite tue. spero enim fore
ut educatus eruditusq; a te. dignus existat & nobis
& haz regi suscepture. O sapientissimam hominis
uocem. Jta demum enim putauit dignum fore su
sceptione regni. si disciplina erudiretur. Atq; plane
ita fuit, natura enim & disciplina ornatus rex, mun
dum quasi totum suis uictoriis illustrauit. et indos
aduscq; regnum extendit. Pyrrus quoq; epyrotaz
rex maximus & ipe bello uir, non solum lectitauit
libros cum esset rex uez etiam scripsit de milita
ri disciplina. Julius uo cesar quantus fuerit in litte
ris, libri ab eo scripti declarant. Hi ergo sumi uiri
non solum natura prestantes uez etiam litteris di
sciplinaq; edocti, uniuersum pene terraz orbem glo
ria sui nominis repleuere. Ex quo ridere interdum
soleo quozdam regum simplicitatem, qui generosu
ducunt litteras nescire. nec intelligunt ex eo fieri
ut reges ipi ab aliis regantur. Neq; enim putandu
est, in paruis quidem rebus disciplinam & artem ee
necessariam, in maximis autem non esse. Jmo quan

philippus macedonū rex

Pyrrus epyrotaz rex

Julius cesar

No. ꝑ reges generosum esse ducentes litas nescire.

to maius est regere populos & gentes : tanto plus sapi-
entie disciplineq; requrit . Est autem hoz librorz non
doctrina solum admirabilis ac precipua uez etiam in-
credibilis quedam amenitas . cum propter determina
tiones pulcerrimarz questionum , tum propter explica
tiones innumerabilium pene rez cognitu dignissimarz .
tum qa narrationes sunt uterz regum ac potentissimarz
ciuitatum & sapientium legum latorz . vt uel histo-
rie gratia opepretium sit illa cognoscere . Suma uõ to-
tius disapline de populis regendis gubernandisq; exi-
stit . Infinitaq; ferme sunt in his libris que regem uel
instruere uel ornare uel cõmonefacere possint . Salu
bria consilia / precepta pmulta ex intimo phie sacrario
deprompta . Morbi regnorz unde proueniant . Quib;
remediis ac medicinis huiusmodi morbis obuietur .
pterea quot sint regum genera & qualia . De tyrã-
nis etiam pmulta ac dignissima cognitu quo illorz opa
nefaria declinemus . Popularium qn etiam naturas
& mores , non alienum fuerit regem cognoscere cum ei
sint populi gubernandi . Omnis legitima gubernatio
pro utilitate eorz qui gubernantur instituta est / pro ho-
nore uõ & gloria illorz qui gubernant . Itaq; partitio
illa recta existit / vt rex quidem gloriam ex guberna
tione sua suscapiat . populi uõ qui ab eo reguntur utili
tatem . Sed quid ego cum libros ipõs mittam in qbus
prolixius & cõmodius ista continentur . Intelligo enĩ
me plura scripsisse q̃ oporteat presertim cum ad regẽ
scribam . Sed excuset me affectio mea . deuotio enim

ſumma neſcit paucis eſſe contenta. Vale decus ſeculi
noſtri.

LEonardus Lauro quirino. Permulta michi tribuis in litte-
ris tuis que ego neq; recipio neq; aſſentior conſcius imbe-
cillitatis mee. Quanq̃ nomen ipm philoſophi quod tu in me
uſurpas non arrogantiam ſignificat ſed humilitatem. Stu
dium enim diſcendi importat non autem profectum. Itaq;
pythagoras ſamius cum abaliis ſapiens uocaretur: non ſapiẽ
tem ſe eſſe reſpondit ſed philoſophum ideſt amatorem ſa
pientie. Amatores enim dicuntur qui ardent deſiderio ali
cuius rei adipiſcende. Si igitur me talem ſignificare uolui
ſti aſſentiar tibi. Sin ut uulgus & conſuetudo intelligit ne-
gabo. Queſtionibus tamen a te propoſitis reſpondere con
ſtitui. non quo te doceam ſed quo a te diſcam. Quatuor ſi
mul controuerſiis me inuadis. Prima eſt. de felicitate quã
ariſtoteles: ut tu putas in contemplatione ſola poſuit. Tibi
autem non uidetur contemplatio hanc nobis felicitatem pẽ-
ſtare poſſe. Altera eſt de uirtutibus quas ariſtoteles dicit
eſſe mediocritates. Tu autem contra probare ãniteris. Ter
tia eſt in qua contendis uirtutes eſſe a natura non abuſu.
Quarto loco queris an qui unam habet uirtutem omnes ha
beat, uel recipiant ſeparationem. Ego igitur ſeruans or
dinem tuum de ſingulis quid ipẽ ſentiam conabor oſten
dere. Ac primo quod de felicitate dicis: non recte cape
ris. Aliud eſt enim proprium opus hominis aliud fe
licitas. Nam opus quidem proprium hominis cunctis ho
minibus adeſt. felicitas uõ paucis uel nullis. Quod ſi tautẽ
proprium opus hominis, hoc modo ab ariſtotele inueſtigatur

(philoſophus Amator
ſapientie.)

Vt fabri inquit & futoris aliquod est opus: sic etiam homi
nis aliquod opus esse debet. Quid igitur id erit? Cer
te non uiuere. Nam id cõmune est etiam plantis. Non
sensus habere. Nam id cõmune est etiam brutis. Re
stat igitur ut sit proprium hominis opatio cum ratione.
Hoc tu ita capis: quasi opari cum ratione sit contempla
tio ac felicitas. Quod falsum est. Nam secundum hanc
expositionem tuam omnes essent felices. Omnis quippe
homo rationem habet & cum illa opatur, cum sit ani-
mal rationale. Si igitur a me queras quod sit propriũ
opus hominis: respondebo opari cum ratione. Si uõ qd
sit felicitas · respondebo felicitatem esse opationem secũ
dum uirtutem pfectam in uita pfecta. Omnis autem
homo rationem habet & cum illa opatur. Virtutem ta-
men pfectam rarissimi possident. Non est ergo idem
proprium opus hominis ac felicitas. Illa igitur expo
sitio tua non est recta. Neq; contemplatiua propria ẽ
hominis uita sed actiua. Non enim qua homo est con
templatur, sed qua est diuinum aliqd & separatum.
Iustitiam uõ ac tempantiam & fortitudinem ceteraſq;
morales uirtutes exercet ut homo. Itaq; illa est propẽ
uita hominis que pmorales uirtutes agitur. Atqui per
hec que hucusq; premisimus si recte inspicias: respon
sum est ad primum ac ualidissimum argumentoꝝ tuoꝝ
Contemplatiua enim uita, cum non sit proprie uita ho-
minis neq; diuitiis indiget neq; ciuili potentia neq;
magnificentia neq; ceteris huiusmodi. Itaq; quod in
quit poetius, statum omnium bonoꝝ aggregatione

pfectum non de contemplatiua dicere uidetur' sed de actiua. Cíuilis enim uita multis indiget. actuc demum beata est æ felix: cum omnium bonoz aggregatione pficitur. Contemplatiua autem paucis contẽta est, ac externam istam bonoz aggregationem contẽnit. Quippe cui satis est nichil sibi deesse ad contẽplandum. hec ad boetii sententiam responsa sint. Quãq; tu non recte facis qui ex dictis boetii aristotelem redarguas. Contra nempe faciendum fuit. Hã si aristoteles contemplationem ipãm satis esse putat ad beate uiuendum: constat boetii sententiam non pcedere qui aggregationem bonoz omnium exigit ad felicitatem. Alia ratio tua est ex defectu scientie. Si enim contemplatiuus homo paucoz certitudinem habẽ potest: que tandem erit ista felicitas scientie ac cognitionis rez sterilis? Nam quid homo scire potest? aut quaz rez certitudinem habere? Parua quippe est hominum scientia ac paruo tempore duratura. hec est sũma rationis tue. Profecto uel tentandi me gratia ista dicis uel non recte fundamenta capis huius discipline. Non enim omnes qui contemplatiuam sequũt uitam felices dicimus. nec omnes q actiuam. Sed cum quereretur utrum actiua & negotiosa uita aptior sit ad felicitatem, uel otiosa uita in contemplatione rez posita: docet aristoteles multis rationibus in hac uita quieta & otiosa felicitatem magis existere. non quod actiuam uitam felicitate priuet. sed qd hanc preferat & anteponat: quasi diuine uite similiorem. Quis

igitur in hac uita contemplatiua felicitatem adipiscet.

Non omnis quidem sed ille qui sapientiam & scientiã & intelligentiam ceteraſq; uirtutes intellectiuas habebit, & in his exercitatus habitum eaꝝ confecerit. Is denicq; est qui secundum pfectam uirtutem opabitur in contemplatione. Tu autem nescio quos ignorantes michi proponis. & dum sũmum ac beatum sapientia hominem indagari debes: ignauum quẽdam & hebetem inducẽ uideris. At pauci tales fuerunt inquies. fãtor. Cuncta enim precellentia rarissima sunt. Sed tibi affirmo multos esse potuisse. Quicunq; enim magno ingenio prediti hoc uite genus uere ac non simulate eligere maluerunt: & assidua sedulitate cognitiõi & indagationi reꝝ puro animo incumbere: tales fieri possunt. modo longitudo uite ac sanitas corporis cetera q; oportuna non desint. Magni uiri augustinus & basilius & aliĩ ex nostris pmulti hanc uitam sectati sunt. Ex gentilibus uõ pythagoras & plato & aliĩ etiam pmulti. An tu credis post augustinum neminem tanto ingenio natum fuisse quanto ille fuit. Multi crede michi pares ingenio illi fuerunt. sed studium & sedulitatem & uigilantiã non adhibuerunt eandem. Itaq; ille palmam in stadio adeptus est. Illi uõ aut non cucurrerunt in stadio: aut cum incepissent: in medio cursu fatigati destiterunt. Quare si rari sunt qui ad sũmum euadant: nostram in curiam & negligentiam & ignauiam accusemus. Recte quidem oratius de hoc ipõ inqt. Qui studet optatam cursu contingere metam: multa ferat tulitq; puer

sudauit

ſudauit & alſit. Abſtinuit uenere & uino. Nos in utranq;
dormientes autem ſūmum hominis bonum adipiſci credemus.
Nam de ſcientia quod dixiſti ualde admiror. An tibi pytha
goras & plato pauca ſciuiſſe uidentur. qui et mathemati
cas ſcientias incredibili ſubtilitate pſcrutati ſunt, & celo
terraq; nichil fere incognitum reliquere. Quid ariſto
teles quitam numeroſa librorꝝ uolumina de cunctis ſcīē
tiis & facultatibus ſcripta nobis reliqt. anis tibi pauca
uel potius infinita pene aliqua ſciuiſſe uidetur. Eqdē
hunc uirum potius nimis multa ſciuiſſe dixerim q̄ pa-
Quid auguſtinum an pauca ſciuiſſe dicemus. cuius tot
extant uolumina admirabilis doctrine. Quid baſilius
magnus. Quid gregorius nazanzenus. Quid diony
ſius arīo pagita qui non cōtentus terrena atq; humana
ſcrutari: etiam celos eorꝝq; hierarchias pſcrutatus eſt.
Quid M. uarro. Quid p. nigidius. Quid M. cicero noſter.
An hos ſcientia ſteriles fuiſſe audes dicere. Noli igitur
queſo ex ignorantia quorūdam hominum cunctos ho-
mines inſcitie condēnare. homo enim infinitaꝝ pene
rerꝝ cognitionem habere poteſt. modo uelit in his pqu-
rendis eſſe occupatus. Mentem certe habet diuine mē
tis participem. & eſt quaſi mortalis quidam deus. Sed hec
ſatis impreſentiaꝝ. Materia enim iſta librum requireret
non epiſtolam. Aliud eſt argumentum tuum p quod pro-
bare uis non eſſe ſūmum bonum in contemplatione. Ais
enim uoluntatem nobiliorem eſſe intellectu. Quod ſi ita
ſit: non conſiſtit felicitas in contemplatione que fit p in
tellectum ſed in alia re que fiat p uoluntatem. Qd autem

ſudauit

sit nobilior uoluntas, ex eo probari inquis, qa cõmu
nior est uoluntas cum sit etiam impossibilium et
qd intellectui precipit uoluntas æquod est poste
rius in ordine nature. Certe ego ad hec uix respon
dere dignatus sum ita michi uidebantur absur
da. An tu uoluntatem que est irrationalis ani
mi potentia nobiliorem esse dicis intellectu qui est
ea pars animi que habet rationem & que cõmunis
est nobis cum diis? Quis hec diceret? At comun
ior est uoluntas. bonum autem quanto cõmunius
tanto diuinius. hec tua ratio nobiliorem facit ue
getatiuam animam q̃ sensitiuam & q̃ rationalem.
Cõmunior est enim uegetatiua cum insit etiam plan
tis & animalibus cunctis. At enim rationalis homini
solum. An igitur exeo dicemus uegetatiuam nobi
liorem esse rationali qa cõmunior? Certe non.
Falsa igitur est ratio tua. At enim aristoteles ipe in
quit bonum quanto cõmunius est tanto diuinius.
Fateor. sed hoc in se ipõ uerum est. non autem in com
paratione aliorꝝ. Verbi gratia. Vegetatiua in se ipa
multo maior est ac dignior, qa ineſt plantis & ani
malibus q̃ si ineſſet soluꝫmodo plantis. Ita bonum
quanto cõmunius est tanto maius in se ipõ. In com
paratione uõ ad aliud dignitas & excellentia atten
ditur. Rationalis enim anima longe dignior ac
nobilior est q̃ sit uegetatiua. Licet uegetatiua sit
cõmunior. hoc idem dicendum est de uoluntate &
intellectu. Partes enim anime nostre due sunt. Vna

rationem habens .altera irrationalis . Ea pars que rationem habet, intellectus uocatur & uirtutes q̃ in illa fiunt intellectue dicuntur. Sunt autem he uirtutes sapientia scientia intelligentia prudentia & ars . Morales autem uirtutes non fiũt in ea parte animi que habet rationem, sed in illa que non habet rationem. In qua ira & concupiscentia & metus & appetitio existit. Quomodo igitur precipit intellectui uoluntas, cum intellectus rationem habeat uoluntas non habeat. Nã quod posterius dicis esse in ordine nature uolũtatem longe aberras . Patet id in pueris, quibus statim ira & uoluntas & concupiscentia existit. At ratio & intellectus procedente etate in illis fiunt.

h Hec ad primam questionem tuam dicta sint. Venio nunc ad secundam, in qua de mediocritate uirtutis dubitare uideris . Ais enim aristotelem uirtutes omnes in medio posuisse. Tu autem de quibusdã contra existimas . Vt de prudentia de tempantia de iustitia que quidem uirtutes non uidentur tibi mediocritates esse sed potius extremitates . Ante q̃ huic parti respondeam. illud declarare uolo, aristotelem non dicere omnes uirtutes esse mediocritates, sed morales tantum. He nãq; uirtutes sunt circa affectus & actus . In quibus parum & nimis uituperatur. Medium autem laudatur. Vt audere timere, irasci miserere cupere, & cetera huiusmodi.

] Intellectiue autem uirtutes non circa affectus, sed

circa uerum & falsum uersantur. Aristoteles igitur om
nes uirtutes morales mediocritates esse dicit. de intelle
ctiuus autem si recte memini nusq̃ dicit. Tu forsan im
perite facis qui prudentiam & temperantiam & iustitiã
simul coniungis. Cum prudentia intellectiua sit uir
tus: temperantia & iustitia morales existant. Qd autẽ
mediocritas quedam sit temperantia patet. Est enim
circa corporis uoluptates quibus omnino sese dedere
flagitiosum est. Rursus uõ ab omnibus penitus absti
nere, & omnem omnino uoluptatem refugere, est qua
si insensibilitas quedam & inhumanitas: si & uina & epu
las & conuiuium & omnem iocunditatem refugiat. qua
lem ego ne amicum habere uelim. Cum ergo hec extre
ma hinc inde habeat tempantia, quis negare potest eam
esse mediocritatem. ¶ De iustitia quoq; multo minus
dubitandum est cum sit equitas quedam. Equum uõ
medium sit inter plus & minus. At enim si mediocrita
tem iustitiam & tempantiam esse dicamus inquis seque
retur, ut mediocriter tempatus esset laudabilior tempa
tissimo. & mediocriter iustus esset melior iustissimo. Hec
tua ratio nichil ualet. Licet enim uirtus mediocritas que
dam sit, inter excessum & defectum: tamen ipsius uirtu
tis nulla est mediocritas. Ex quo fit ut ille qui tempan
tiam habet, non mediocriter sit tempatus. sed omnino tẽ
patus. Nec qui iustitiam habet, mediocriter est iustus
sed omnino iustus. Deniq; ut tempantia mediocritas
quedam est circa uoluptates: ita tempatus mediocris
quidam est circa uoluptates sed non circa tempantiã.

Ais preterea omnem medium componi extremis. ut in co
loribus & saporibus patet. Si ergo uirtus medium foret,
sequeretur ut ex uitiis esset composita. quod est absur
dum. Insup si uirtus foret in medio, non esset contra
ria uitio. cum sint contraria illa que plurimum inter
se distant. Medium autem parum distat a extremo.
Insup sequeretur ut pars uitii esset uirtus. ut patet in
prodigalitate. Nam si illud quod est nimium in illa au
feremus, erit liberalitas qđ remanebit. Ad hoc singu
la breuiter respondebo. Neq; enim talia sunt ut mul
ta uerba mereantur. Nego esse uerum ut omne me
dium ex extremis componatur. Punctus enim quod est me
dium linee, non componitur ex linea. Nec qui erat
medius inter duos latrones componebatur ex latroni
bus. At sapores & colores medii ex extremis compo
nuntur. Fateor p admistionem. In uirtutibus autem
admistio non est sed separatio ac relectio uitioꝝ. Non
componitur ergo ex uitiis uirtus. licet sit mediocritas
inter excessum & defectum. Hec proxima est uitio
uirtus sed ualde distans, cum uirtus secundum ratio
nem fiat. uitium autem contra rationem & uirtus
bonum. uitium malum & illa laudabilis illud uitupa
bile. hec omnia contraria sunt ac multum inter se di
stantia. Ad illud uō quod ais. si a prodigalitate aufe
ramus superfluum, pars illa mediocris que remanebit
erit liberalitas. Et sic pars remanentis uitii erit uirtus:
credebam te intelligere, uirtutem liberalitatis non con
sistere in quantitate, sed in dispositione animi p electio-

nem/ quando & quomodo & cuius gratia largiatur.
] taq; si hec prius non erant in prodigo: nec ista q̃
remanet pars uirtus erit. Tertia questio tua est de
uirtutibus. de quibus dubitare uideris utrum ana
tura sint uel ab usu. in quo illud simpliciter respon
deo/ uirtutem omnem esse habitum. habitus autem
omnis ꝑ exercitationem & usum fieri. Ex quo palã
est ab usu & exercitatione uirtutes existere. Est tamen
nobis naturalis quedam dispositio ad uirtutes. Videm⁹
enim manifeste nasci alios ad alias uirtutes aptiores.
Nempe alii natura intrepidi aduersus pericula existũt
alii meticulosi. Quidam mites natura & uerecundi.
Quidam effrenes natura & impudentes. Alii cupidi na
tura & rapaces. alii liberales & abstinentes. huiusce
modi igitur dispositiones hominibus innate uel ad li
beralitatem uel ad fortitudinem uel ad iustitiam/ non
sunt uirtutes proprie. Nam proprie uirtus est que
habitum iam ꝑ usum exercitationem q; contraxit. Ut
enim fabricando fabri & cytharam pulsando cythare
di: sic iusta agendo iusti & fortia fortes efficiuntur.
Ex his patet neq; natura neq; preter naturam inesse
nobis uirtutes. Sed sumus nos quidem ad illas recipi
endas natura apti. ꝑficimur autem ꝑ exercitationem
& assuetudinem. Supest postrema questio tua spinosa
profecto atq; ardua utrum uirtutum ipãꝝ sit consor
tium quoddam & quasi consecutio talis: ut qui unã
habet uirtutem, ceteras quoq; omnes habere necessari
um sit. uel separari ac dissolui abinuicem uirtutes pos-

sint. In qua quidem questione ut tibi uerum fatear
soleo interdum diuersa sentire. Ratio enim me cogit
fateri uirtutes omnes esse inter se coniunctas & catena
tas indissolubili quodam nexu. Sensus uō cōmunis
ab hac spinosa ratione abhorret. Sed pmittamus nos
rationi. Sensum autem in hac parte ualere sinamus
Primum igitur distinguende sunt uirtutes. Hoc enim
modo clarius id quod querimus apparebit. Virtutū
alie sunt naturales alie proprie: ut paulo ante osten
dimus. Propriaꝝ rursus uirtutum: alie sunt intelle
ctiue, alie morales. Naturalium ergo uirtutum non
est consecutio ulla. Potest enim esse quis natura con
stans & intrepidus aduersus pericula & sic naturaliter
fortis: & tamen hic idem rapax & auarus & iniustus &
inimicus honestatis ut pleroſq; uidemus. Itaq; in na
turalibus uirtutibus non est consecutio, sed separatio
manifesta. Moralium autem uirtutum omnium ca
tenatio quedam esse uidetur nec alteram ab altera se
parari posse. Sunt enim habitus cum ratione circa affe
ctus animi. Ratio autem in huiusmodi uirtutibus a
prudentia est. Prudentia uō in omnibus affectibus ea
dem est. Non enim unum curat alium neglegit.
Ex quo fit, ut prudentia omnes uirtutes morales simul
liget nec ullam separari patiatur. Et qui unam ha
bet uirtutem omnes habet. Restant uirtutes intelle
ctiue. In quibus non uideo cur separatio fieri non pos
sit. Artifex enim quidam pfectionem & habitum in
arte sua consecutus. Vt apelles in pictura, praxiteles

in ſtatuis : non neceſſe habet rei militaris aut guber
nande rei.p. ſcientiam habere. aut nature rez cognitio
nem . Jmo ut ſocrates in apologia docet: hoc eſt com
mune uitium in artificibus : quod utquiſq; in arte
ſua excellit: ita ſeſe decipit / putans in aliis quoq; fa
cultatibus ſe ſcire que neſcit . Ars igitur ab aliis uirtu
tibus intellectiuis ſeparatur. Jdem forſan de ſcientia
& prudentia dicendum eſt . Prudens enim cum inagẽ
do uerſetur: non uidetur reqrere ſcientiam nature. cu
ius finis eſt non actio ſed cognitio . Jtaq; ut naturales
uirtutes / ſic etiam intellectiue uidentur ſeparationem
recipe. Moraleſ autem nequaq̃ recipiunt ſeparationem.
ſed data uirtute una morali: cetere omnes eiuſdem ge
neris conſequuntur. Vale.

LEonardus Johanni cirignano lucenſi ſal. Cum ex agro
arretino in quo ruſticationis cauſa fueram multos dies
cõmoratus / florentiam rediſſem : inueni domi eplam
tuam elegantem profecto ac diligenter elaboratam / in
qua reprehendere me opam tuam quam ebraicis litteris
pdiſcendis dares te audiuiſſe ſcribis. ac rationem tui
facti reddens . ſtudia eaz litteraz in primis neceſſaria
oſtendere conaris . Ego autem quid tibi de me retule
rit excellens ille uir quem tu allegas neſcio . Jllud
tamen ſcio: non quaſi rem turpem reprehenſam fuiſſe
a me illaz litteraz cognitionem & ſtudium / ſed qua
ſi minus utilem acut ita dixerim ſupuacaneam opam.
Littere enim ille quicqd habuerunt boni iam pridem

in latinos translatum est. Nec leues quidem auctores, sed grauissimi ac doctissimi transtulerunt. Hic tu qd iam amplius requiras, non equidem intelligo, nisi forte illis ipis interptibus diffidis, ac eos indisquisitionem & iudicium uocare contendis. Quod si facis crede michi ineptus sis. At enim inquis sūmum bonum & cognitionem dei ante omnia querere debemus. Fateor. Sed si ad hoc necessariam putas ebraicā litteraꝝ scientiam, uehementer erras. Neq; enim augustinus neq; basilius neq; alii pmulti ex nrīs ac grecis qui ebraice nesciuerunt, deum cognouisse, si absq; litteris ebraicis dei cognitio haberi nō posset. Quin etiam iudeos uidemus litteris ebraicis p q̄ optime structos. eosdem tamen sūmi boni ac ueri dei cognitionem nequaq̄ habere, sed inimicissimos esse religionis & fidei. Itaq; non in cognitione litteraꝝ ebraicaꝝ consistit id bonum quod tu queris sed in aliis. At enim hieronymus poetaꝝ fabulas & oratoꝝ argutias dānat. Quid ad rem? Ego enim non te ad fabulas poetaꝝ neq; ad argutias fori uoco. Sed si philosophie ac liberalibus studus cōmodius & plenius latinis & grecis litteris fieri id posse dico q̄ iudeoꝝ barbarie. Qd si hec studia negligenda sunt & contemplationi dei incumbendum: ad eam rem non esse necessariam ebraice lingue scientiam affirmo. cum multi nulla lingua eruditissimi puerse de deo sentiant et sint religionis pfidissimi hostes: multi etiam illius lingue ignari ad pfectionem ueritatis ascenderint. At enī

inquis fundamenta recte fidei a iudeoꝝ libris exi
stunt. quiæ si sint translati/ melius tamen est fon
tes consectari q̃ riuos. Certe si christiani sumus
non autem iudei apud nos esse fontes dico. non
apud illos. Nouum enim testamentum totum ut
ita dixerim nostrum est non iudeoꝝ. Ex quatuor
enim euangelistis unus dūtaxat ebraice scripsit. ce
teri omnes greca lingua euangelia sua ediderunt
Ex eplis uō pauli una solūmodo ebraice scripta fuit.
cetere omnes alia lingua. Actus aplorꝝ lucas grece
descripsit. Apocalypsis iohānis grece scripta est nō
ebraice. An hi riui tibi uidentur ac non fontes.ᵛ
Adde tam multos ac tam prestantes doctores xp̃iane
fidei quot habet latina lingua & greca. dionisium
ariopagitam gregorium nazanzenum basilium
crysostomum/ aliosq; ꝑmultos grecoꝝ excellentissi
mos. Latinoꝝ uō augustinum hieronymum cy
prianum ambrosium gregorium thomam aq̃natē.
et alios item ꝑmultos. Si igitur xp̃iane fidei cogni
tionem pfectam ac non uulgarem habere uis hos
lege queso atq; intellige/ quoꝝ nichil simile apud
hebreos repire potes. Quid concilia in quibus ꝑmul
te hereses acuarie xp̃ianoꝝ lites sunt penitus ex
tirpate.ᵛ non ne tota latinoꝝ & grecoꝝ sunt. ebra
icoꝝ uō nulla.ᵛ lateranēse. nicenum/ calcidonen
se. Quid igitur apud ebreos queris.ᵛ An xp̃iane fi
dei fundamenta.ᵛ Certe apud nos illa sunt non a
pud eos. Disputationes doctoꝝ & determinationes

dubietatum? At ille apud nos reperiuntur non apud illos. Enimuō inqes multa ex prophetis & ex aliis ebreoꝝ libris ad confirmationem xpiane fidei elicia possunt. fateor. Sed hec ipa iam pridem interptata et translata fuerunt a multis doctissimis uiris. ut nichil lucri sit illa magis ebraice legere q̄ si latine legas. Ni si forsan diffidis hieronymo doctissimo & tibi ipi confidis, melius intelligere posse q̄ ille intellexit. Dare igitur opam ebraicis litteris uoluptatem fortassis animi afferre tibi aliquam potest, utilitatem uō nullam. Ceu siqs uinum ex prelo haurire malit q̄ ex dolio quoniā in plo ante q̄ in dolio fuit. Neq; uō michi obieceris greciꝝ litteraꝝ studia & opam illis impensam. Si enim tales interpretes qualis hieronymus fuit greca lingua habuisset: magno labore me & ceteros liberasset. Sed qui libros aristotelis transtulerant, barbaros magis q̄ latinos illos effecerant. Deinde quid simile habet greciꝝ eruditio cum iudeoꝝ ruditate. Greca enim lingua phie ceteraꝝq; disciplinaꝝ gra addiscitur. Confert etiam latinis ad pfectionem litteraꝝ. Eadem quippe origo uidetur eademq; institutio. ac eedem pene litteraꝝ figure.
Apud ebreos autem, nullum tale inuitamentum esse potest. Nulli enim illic phi, nulli poete nulli oratores reperiuntur. Lingua uō ac figuris litteraꝝ sic abhorrent a nostris ut etiam in scribendo contrariam uiam incedāt: q̄ nos incedamus. Cum hac lingua tibi q̄q̄ cōmertii sit: cuius litere comites nostris esse non possunt. Sed cum dextrorsum incedant nostre, ille sinistrorsum au-

fugiant.· Eloquentiam uõ ac dicendi artificium quod
tu auctore hieronymo improbare uideris, beato paulo apto
non displicuisse conspiamus. Qui cum in iudicium hiero-
solimis tractus esset: ac iam pro dãnato haberetur: iniecto
multitudini scrupulo qd ipe pharisteus esset ac resurrecto
nem animaꝝ crederet: & obid psecutionem pateretur:
seditione apud auditores concitata euasit. Rursus uo
cum apud agrippam & festum causam diceret: proemio
ac gestu oratorio usus est. Extento siqdem bracchio
& manu leuiter sublata principium dicendi fecit. ut lucas
euangelista testatur/ agrippam compellans ac sibi quod
iam pridem optasset datam facultatem affirmans ut ab
rege causa sua cognosceretur. Adeoq; psuasit dicendo:
ut liberandum rex diceret nisi cesarem appellasset. Homi-
ni quippe in cõmuni uita degenti necessaria est eloquẽ
tia. qua conciliet sibi animos. qua impetus maliuoloꝝ
refringat. qua iustitiam suadeat. Itaq; stoici unam ex
maximis uirtutibus eloquentiam posuerunt. Hec te de
terreat iudicii dies de quo hieronymus inquit. O quot
illic elingues feliciores erunt disertis/ & quot rustica o-
ratoribus preferentur. Nam licet hoc modo de omnib;
dicere. Quid enim uetat ut ille de oratoribus & disertis/
sic etiam me de theologis dicere. O quot illic rustici et
inlitterati feliciores erunt/ multis qui sacraꝝ litteraꝝ co-
gnitioni uacant. Siqdem arriani & manichei & sabellia
ni ac ceteri heretici qui in litteris sacris uersati/ puerse
de deo opinati sunt/ sempiterno igne dãnantur. Habes
nunc iudicium meum de ebraicis litteris. Neq; tamen

legem tibi impono quominus arbitratu tuo agas. Sed neq; tu legem imponere michi debes quominus libere dicam que sentio. Vale.

LEonardus nicolao ceba sal pl dicit. Non putabam uniuersa gretia tantum esse latinaz litteraz quantum inte uno conspexi. Duas enim abste epistolas accepi tanta elegantia nitoreq; conscriptas ut admiratus equidem fuerim tibi inter alienigenas uiuenti, tam incorruptã patrii soli eloquentiam pmansisse. Et ad primas quidem litteras responsum excarauera, dandum illi ipsi religioso qui tuas ad me detulerat. Predixerat enim michi se propediem abiturum fore, proinde litteras pararem. se enim uenturum ad me ac litteras suscepturum. quod tamen non fecit. Alias postmodum tuas accepi litteras, tacitur nitatem meam accusantes, & nichilominus gratias agentes qd illi religioso quẽ michi cõmendaras non defuerim. Ex hoc igitur postremo intelligere potuisti, me leto animo suscepisse amicitiam tuam, qd homini ignoto tuis apud me litteris cõmẽdato ita me uolentem & cupientem obtuli ut promptius nichil fieri potuisset cum uera significatione amoris erga te mei. Quod si responsum tunc nõ habuisti culpa in me non fuit qui responsum parauerã ut supra dixi. Nec tamen uenerabilem illum ac pstantissimum religiosum carpo. Multa enim tam longum iter ingressuros occupant & distrahunt. Sed pretenta omittam' & ea dicamus que ad rem nrãm ptinent. Ego nicolae p q̃ libenter te in amicitiam recipio. Virum bene litteratum ac phumanum & de me plusq̃ ipe met postulo

egregie sentientem. Estoq; post hac nobis amicitia nõ
uulgaris sed qua boni uiri inter se diligunt. nõ emolu
menti spe sed comprobatione uirtutis. Hec enim ami
citia stabilis est. cetere simul cum fortuna mutantur.
Laudas traductiones meas exquibus phedonem plato
nis & aristotelis libros de moribus ad nicomachum &
quasdam plutarchi uitas te uidisse cõmemoras. Vtinam
tantas mererentur laudes quantas tu illis tribuis. Sed
ego me ac imbecillitatem meam noui nec michi ipsi
in illis satisfacio. Verũtamen ut scias, multo plura
traduxi q̃ a te cõmemorata sunt. Quod autem me
hortaris ad traductionem librorꝝ platonis de re p. Et
ais uidisse te eosdem libros a nescio quo interp̃te in
eptissime traductos: atq; ob id magis me hortaris ad
id onus suscipiendum: respondeo tibi plane quod sen
tis. Eqdem libros illos iam pridem latinos facere aggres
sus essem si mihi placerent. sed multa sunt in iis libris
abhorrentia moribus nostris que pro honore platonis ta
cere satius est q̃ proferre. Quod autem offers opam tu
am in grecis uoluminibus comparandis p̃ gratissimum
est. Rogo atq; obsecro des opam, ut michi emantur
uolumina que tibi nominatim in scedula his litteris
interclusa exprimo. Studebis tamen potius uetustos
eligere q̃ nouos si modo haberi possunt. Tu igitur hũc
laborem michi gratissimum assumes. Ego autem ut
aliqua tibi hic comparentur curabo. Vale

Leonardus cyriaco sal. Quid michi dabis cyriace si de

urbe anconitana tibi multa ac preclara uetustatis mo-
numenta ostendam quetu nunq̃ uidisti licet acarna
niam totam cum etolia & boetia lustraris. ac pelopõne
sum spartham q; & argos inspexeris. & quicqd antiqta
tis est in illis eruueris & athenaz propylea nobis descripse-
ris. Ego tamen dum tu peregrinando aliena conquiris:
ipẽ manendo domi tua idest patrie tue monumenta tibi
inuisa incognitaq; prospexi. O magnam uim animi no-
stri ac penitus diuinam. Siquidem dum stamus domi
ipẽ peregrinatur nec distantia modo locis adit. uez e-
tiam que iam mille annis gesta sunt tanq̃ presentia in
tuetur. Sed ne te plonga demorer apiam qd rei sit.
Scripsi nouiter libros quatuor de bello italico quod beliſa-
rius & narses iustiniani duces aduersum gothos gesse
re. In eo bello multa ac preclara de patria tua anconi
tana repperi. ac repta libens pscripsi. Nam & obsidio
eius urbis terra mariq; a gothis agitata. & pugna na
ualis egregia & insignis circa eam cõmissa in qua septu
agintaq; naues longe pugnauerunt. Et situs oppi
di qui tunc erat ac cetera pmulta memoratu digna re
feruntur. In quibus scribendis tu etiam aliqd michi ca
loris & impetus addidisti. qđ tibi ac ciuibus tuis hec pla
citura existimabam. & sunt maximo ornamento uñe ci
uitati. Est autem hec non translatio sed opus a me com
positum. queadmodum Liuius a ualerio antiate uel a
polybio megalopolitano sumpsit & arbitratu suo dispo
suit. Hanc uõ historiam meam si tu inspicere uoles, nõ
aliter tibi ostendam q̃ si omnia epigrãmata omniaq;

A magna e uis ani
mi.

uetustatis monumenta que in toto orbe terraꝝ collegisti/
ad me feres. Vale.

L Audo generositatem tuam reuerendissime pr̃ qd̃ non circa negotia curie/ ut ceteri faciunt totus incumbis: sed politionibus interdum studiis mentem conuertis. Quod autem diuersa uidentur tibi relata de legione illa que regium occupauit: non est mirabile. Scriptores enim antiqui uarie & interdum diuersa repiuntur tradidisse. vt in liuio uidere licet. qui ualerium antiatem & fabium pictorem & pisonem frugi non solum in numero cesoꝝ/ ueꝝ etiam in rebus ipis̃ gestis sepe diuersa tradidisse testatur. Ego igitur in comentariis illis quos tu legisti/ polybium megalopolitanum secutus sum. magnum profecto uirum & scriptorem egregium ac sum̃e apud grecos auctoritatis. Floruit autem maxime p scipionis emiliani tempora cum quo etiã in africa bello carthaginensi fuit. Tradit uõ ex ea legione que regium occupauit/ trecentos dũtaxat uiuos in potestatem romanoꝝ uenisse. qui romam ducti in foro uerberati ac securi percussi fuerunt. Liuius autem in oratione quadam scipionem inducit dicentem/ totam legionem securi p̃cussam fuisse. In hoc igitur uarietas est qd̃ hic de tota legione sumptum supplicium dicit. Ille uõ de militibus trecentis dũtaxat. Sed forsan non est ita diuersum ut apparet. Legio enim congregationem significat. Vt grex. ut conuentus: ut senatus ut populus. Si de grege quadringentoꝝ capitum demantur paulatim ducenta/ tamen remanebit grex ac priorem appellationem retinebit. Similiter cõ

Legio congregatio sic

uentus centum monachoz si ad uiginti redigatur tamen erit conuentus. Et populus decẽmilium hominum si ad trecẽtos redigatur tamen erit populus. Et si trecenti ista supplicio afficiantur totus populus illius ciuitatis dicetur supplicio affectus fuisse. Romulus ab initio senatum instituit uiroz centum. Vnde centum uiralia iudicia dicuntur. Si quinquaginta ex illis mortui fuissent tamen reliqui supstites totus erat senatus. Et enim si legio illa decem annis regium possedit necesse est ut multi ex ea legione illo decennio interierint. In obsidione etiam & preliis multos cecidisse consentaneum est. Non est igitur uerum ut de quatuor milibus peditum & equitibus ducentis fuerit supplicium sumptum. sed de iis dũtaxat qui supstites ex ea legione fuerant. Restat alia dubitatio qd florus in deditionẽ acceptos ego expugnatos dixi. In quo illud intelligendũ est quod qui sese dediderunt milites in deditionem acceptus sunt. qui repugnauerunt nec se dediderunt interfecti sunt. Nec est inconueniens capta urbe ut pars abiectis armis se dedat. pars uõ interire malit q̃ deditionem facere.]taq; hec que diuersa uidentur non sunt diuersa. Et idem dicunt scriptores licet primo aspectu diuersa dicẽ uideantur.

LEonardus leonardo sal pl dicat: Vidi illa que a te scripta sunt aduersus inuidiam. laudauiq; & laudo ingenium tuum. Sed michi uidetur longe plura dici posse aduersus stultitiam q̃ aduersus inuidiam. Cum enim utraq; sit malum stultitia tamen deterius est. Vide queso rationes que me in hanc sententiam trahunt. Dicam enim breui-

Q2 stultitia deterius sit malũ q̃ inuidia q̃ hec nõ ignorans illa sic.

puchs.

ter & quasi puctis quibusdam illas attingam. quaz illa prima michi ratio sit: quod inuidia quidem non igno-
rans est: stultitia uō ignorans. Quanto autem scire q̄
nescire prestabilius est: tanto deterius stultia q̄ inuidia
repitur. Quod autem non sit ignorans inuidia patet.
Cognoscit enim & cui & pro quibus inuideat. nam cui
inuideret si ignoraret.° At enim stultitia cuncta ut
ita dixerim ignorat. Et in hoc ipō ridicule fallitur: qd
sibi putat inuideri cum nemo inuidet. Itaq; poete ca
rere luminibus stultitiam dicunt. Inuidiam uō pspi
cacem nimis intuitum habere. A uidendo nempe in
uidia dicta est. Vtq; inseruiens & īmodicus prepositio
ne augentur: sic etiam inuidia. Vtrum igitur deteri?
est.° id ne quod ignorans & cecum esse constat: an id
quod sane uidere confitemur.° Preterea inuidia
illi ipī qui inuidet, boni alicuius causa interdum fuit.
Vt aristoteles cōmotus isocratis gloria, dedit opam elo-
quentie. ac precepta dicendi cum sapientia coniun
xit. Et themistoclem miltiade trophea de sōno exci
tabant ad parem uel maiorem gloriam sibi comparan
dam. multaq; huiusmodi affern possunt exempla.
At enim stultitia nichil omnino parit quod bonum sit.
Itaq; monstrum est ut inquit satyrus nulla uirtute re
demptum. Insup stultitia deridetur & contemptui ha
betur. Inuidia autem neq; deridetur ut pote intelli
gens, neq; contemptui habetur, ut maiora concupi
scens. Quis ergo dubitet qn magis fugienda sit stul
titia q̄ inuidia.° cum stultitia deridiculos & abiectos

Stultitia luminibus caret.
Inuidia uō intuitū habet
pspicacem

homines faciat. Equidem cognoui perusinum quẽdam
etatt iam prouectum / cum ego tunc adolescens essem.
hic perusinus admirabilem quandam poetaz & oratoz
se habere scientiam existimabat. Sciebat autem ut ita
dicerum nichil. Tamen stultus homo credebat sibi ab
omnibus inuideri & de hoc plurimum querebatur.
Erat uõ qui illi inuideret penitus nemo. Is si michi
carus esset, mallem ut inuideret aliis q̃ sic stultum
esse, ut sibi ab aliis inuideri putaret. Cognosceret enĩ
ignorantiam suam. nec de se ipõ tam fatue opinaretur.
nec sibi putaret inuideri cum nichil in se haberet qđ
inuidiam mereretur. Hec sunt que michi aduersus
stultitiam impresentiaz occurrunt. Credo autem si
excogitare uoluero, plura etiam esse michi de hoc
ipõ supuentura. Vale.

Leonardus salutem dicit Johanni aretino. Cupienti
michi uehementer prospera de te audire: supuene
runt littere tue: singularis amoris & officii plene, qb;
certior factus sum: te bene ualere ac studiis sacraz
litteraz assiduam opam dare. O res duas michi opta
tissimas de te cognouisse. Nam ęualitudo corporis
necessaria est homini in acqsitione ueritatis occupato.
& electio illa studioz maxime probanda est que du
uiniora sectatur. Jam enim uidere uideor aciem in
genii tui circa illius uere essentie cognitionem, quan
tum fas homini sit, toto nixu erectam. nec miror te
dum celestia scrutaris: terrenoz oblíuisci. Suscepi etiã

ex eo uoluptatem pmaximam: quod michi significasti
quasparrem bononiensem suimum iudicio meo hominẽ:
a te auditum superiore anno in disciplina morali fuisse.
C Crede michi iohannes fortunatus es huius uiri conuersa
tione atq; doctrina. quem ego unum admiror maxime
quem uera phia ueraq; scientia non fatua umbrabiliq;
imbutum sensi iam diu atq; exptus sum. huic tu in
hereas suadeo, et quoad fieri potest nunq̃ dimittas. Plu
rima quippe sunt illius uiri ornamenta cum litterarꝝ
tum disciplinarꝝ. vt doleam eqdem ⁊ interdum indi
gner tam mirifice doctum hominem ac etiam exculti
decadisse. de quo ue
rissime dici potest lux in tenebris lucet. Sed non plura
de hac re que corrigi non potest. Quod autem de me
taurorꝝ conuersione flagitatis ambo: esset michi quoq;
iocundissimus labor modo p occupationes meas liceret.
V erꝝ ego ⁊ defessus iam sum etate, ⁊ insup occupationibus
uariis obsessus. De historia uõ qd petis: scias me post
discessum tuum quatuor libros de bello italico aduer
sus gothos gesto scripsisse. Scripsi uõ illos non ut inter
pres, sed ut genitor ⁊ auctor. Quẽadmodum enim si
de presenti bello scriberem: notitia quidem rerꝝ gestarꝝ
ex auditu foret. ordo uõ ac dispositio ⁊ uerba: mea es
sent ac meo arbitratu excogitata ⁊ posita: Eodem item
modo ipẽ notitiam tantum rerꝝ gestarꝝ de illo sumens
in ceteris omnibus ab eo recessi. ut pote qui hoc unum
habeat comi qd bello interfuit, cetera illius sunt sper
nẽda. Eos libros cesarino nostro misi. Vale.

Leonardus

Leonardus baptiste albert sal pl dicat. Volo cognoscas simplicitatem meam uel potius puritatem. Hup enim cum in sancte crucis templo me conueniisti, ac uerba feci de responso caroli: non intellexi ex illo responso te uelle aliqd inferre aduersum me. Itaq; nichil ad hãc partem tunc respondi ut pote qui non suspicarer te expostulare aliqd posse. Tantũmodo hortatus sum ad contentiones deponendas ut turpe litteratis hominibus in huiusmodi altercationes deuenire. Postea uõ referente m egregio adolescente iacobo, cui tu uerba sup hoc feceras intellexi: te ex illo responso suspicari ne caroli rogatu illa scripserim que nup ad leonardum dati uirum prestantẽ michi q; amicum de inuidia stultitiaq; conscripsi. Que suspitio si inte est eam queso deponas. Nullius enim rogatu uel suasione uel conspiratione illa scripsi. sed ex me ipso citra ullam malignitatem animi de genere ipõ disputaui, quẽadmodum de auaritia & prodigalitate disputari solet. utra illaꝝ pnitiosior sit ac nocentior. Nec uõ sum adeo leuis ut alterius rogatu uel impulsu molestus cuiq; esse quererem presertim beniuolis & amicis qualem te puto. Quare de me ut aliqd tale existimes cã non est. Illum autem qui respondit, uideo aliunde scire potuisse que scripta fuerant. Mecum certe nichil de hac re ipẽ contulit. Vale.

Leonardus lauro quirino. Scripsisti nup michi proponẽs questiones aliquas ac me rogans ut illis responderem. Erant uõ questiones satis puulgate atq; cõmunes. Po-

sita enim quibusdam in capitulis aristotelis opinione
contra illam arguebas improbareq; tentabas. Ego igi
tur a te requisitus & rogatus questionibus illis tuis p
epistolam meam respondi. Aristotelis dicta defendēs
& argumenta tua dissoluens. Feci autem hoc ualde
modeste. ut pote qui scirem huiusmodi questiones
disputandi potius causa proponi solere. q̄ ita reuera q̄d
qui arguebat sentiret. Expectabam uō a te pro iis
que tibi responderam michi gratias agi. Ecce autē
epla tua sup his ad me scripta, ualde intēpanter
& contumeliose. Pro gratia, siquidem actione michi
conuitia reddidisti. Itaq; mecum ipē obstupui, tantā
in te stultitiam leuitatem q; ac puersitatem nature exi
stere ut pro beneficio michi maleficium retribueres.
Nam si respondere a me nolebas, cur me rogabas? Sin
uolebas cur michi irasceris qui id feci quod a te roga
tus fui? Si dicis me parum humaniter tibi respondis
se: habes epistolam meam, ostende queso illam cui
uis intelligenti. nullius crede michi de inhumanita
te illam reprendet. Quid enim in illa scriptum fuit
non modeste? Non ne abipō ferme initio hec sunt uer
ba. Questionibus a te propositis respondere constitui.
non quo te doceam, sed quo a te discam. An potuit
humanius dici? In sequentibus uō quid est q̄d repren
dere ualeas? Nam uerba quidem illa: non recte ca
pis, & absurdum uidetur: & similia in disputationib;
necessaria sunt. Tibi enim aristoteli impugnanti, q̄d
ego defendens respondere poteram, nisi negarem ra

tiones tuas esse ueras & quedam a te uerba nõ recte ca
pi ostenderem & non ita dicere aristotelem ut tu asse
rebas mostrarem. Hec enim cõmunia sunt disputan
tium neq; preter te uidi unq̃ aliquem qui ista cõmu
nia dicta grauiter ferret. Quod si usq; adeo arrogans
es ut nichil contra tua dicta audire uelis: rogare
me non debuisti ut argumentis tuis responderem. Ego
enim quãtum ad te attinet libenter q̃escebam. Tu dor
mientem uocasti, respondentem indignaris. Inter ce
tera me contemnẽs. huiusmodi sententiam scribis.
Relinque michi aristotelem cuius ego doctrina imbu
tus sum. Tu autem qui hec non intelligis tullium ac
liuium legas. O fatuitatem hominis deridendam. Tu
ne cucule precipe audes ut aristotelem tibi relinquã.
quasi tu eum scias ego ignorem. O Et quanta arrogã
tia ista tua est: quanta fatuitas. Presertim cum tu
nichil omnino scias. cum neq; ingenium neq; litteras
habeas. cum aristotelis dicta non modo p̃ te intelligere
sed ne mostrata q̃dem tibi a me propter etetudinem
ingenii tui discernere adhuc ualueris. Sed quoniã
magistrum te ipm̃ facis, & michi libros aufers: doce
nos queso magister cucule ad mirabilem p̃hiam tuam
& fatuitates illas tuas quas ineptã ineptissime scripsi
sti nobis declara. potes id quidem faciliter agere. Nã
ut audio non philosophum modo sed etiam oratorem
te putas esse & eptas tuas librariis ostentas. Qui si
scires q̃ inepte & ridicule & pueriles sint: eas potius ex
libris deleres q̃ librariis ostenderes. Et qui tu es queso

aut qualis .ꝰ qui tam arroganter de te ipō loqueris
a quo si uentositatem quis detraxerit instar uesice
inflate nichil penitus remaneres . Qᵈ prestaret tibi
franciscum barbarum & alios ciuitatis tue uiros cla
rissimos, humanitate literisq; excultos imitari: q̄
inter babiones numerari uelle, quibus incredibi
ignorantia cum intolerabili supbia ac fatua ridicula
q; opinione sui innata existit. Proposuisti michi
questiones aliquas Addidisti argumenta quedam
contra aristotelem plena ignorantie ac fatuitatis
tue meq; rogasti ut ad illa responderem. Feci qd
postulasti & humaniter quidem feci. Tu autē ebe
tudine ingeniitanq̄ in tenebris ambulans nec mō
strata tibi discernens: contra tua dicta me dixisse
indignaris & contumelia me indigne afficis. & ut
tibi relinquam aristotelem supbissime iubes. Ego i
gitur cum tu talis sis: qualem te ipm patefecisti. nō
aristotelem ut tu postulas: sed stultitiam & leuitatē
& ignorantiam tuam tibi relinquo. Quibus uitiis ob
sessus: ac plane obcecatus, tanq̄ talpa qdam lucem
a tenebris non discernis.

Alfonso epō burgen̄.

PErgrate michi fuerunt littere tue reuerende pater
ac doctissime uir quas proxime suscepi mirabili sapi
entia & optimoꝝ exemploꝝ copia refertas. In quibus
multa me delectarunt. et imprimis pugilum illa simi
litudo ad causam utriusq; nostrum uerissime accomo
data. Et enim si in armoꝝ certaminibus & in gladia-

torio laudo qui ferro inter se dimicant tamen amici po
stea remanent. quanto magis id esse debet in certami
nibus litterarū in quibus non ferro sed ingenio decer
tatur. Ego igitur protinus in hac parte tibi assentior
atq; gratias ago qđ ad me scribere ex tam longa distā
tia locorū dignatus sis mentemq; tuam amicissimam o
stendere. Vt autem uideas in me quoq; eandem fuisse
iam pridem & nunc esse dispositionem & mentem: subii
am tibi uerba que iam pluribus mensibus ad amicum
quēdam de te scripsi. Nam cum ille scripta cuiusdā
maliuoli contra opusculum quoddam meum ad me
misisset ac hortatus esset ut illi responderem quē ad
modum alfonso nup responderam: ego tunc mea cū
aduersus illius calūniam defendissem, in hunc modū
tandem ad amicum uerba feci. Hec pro cognitione tua
scripsisse uolui. Nam obtrectatorem illum meum neq;
noui eqdem neq; nominari unq̄ audiui. Sed satis appa
ret furiosum quēdam esse: quisq; is sit. Simul enim
reprehendit de rebus sibi incognitis, simulq; maledicit
quasi non ratione sed odio faroreq; moueatur. Quid
autem hic simile habet alfonso? Ille ueterem inter
pretationem ethicorū suis rationibus defendebat: de me
autem nichil nisi honorifice loquebatur. Tribuebat
litteras splendoremq; orationis. plura deniq; q̄ ego ipē
uellem in hac parte de me predicabat. Vnum modo
reprehendebat, qđ nouam interpretationem meam ue
teri anteferrem. & in hoc ipō tamen humanissime ac mo
deratissime opinionem suam non contumeliis ut iste:

sed rationibus tuebatur. Hic autem alter nichil modesti habet. Itaq; ego ille qui alfonso moderate admodum ciuiliter q; respondi, hanc moderationem meam huic respondens seruare non possem. Iurgia uō & contumelias si reddam, & in his diutius consistam, uereor ne ipē leuior ac stultior fierem q̄ iste ipē qui me prouocat. Hec fuerunt uerba mea tunc ad amicum de te scripta. Potes igitur ex his uidere qualis sit animus erga te meus, cum iam pridem ita de te non uoce modo sed etiam litteris fuerim attestatus. Quare sit iam nobis inter nos amicitia uera qua boni uiri sese in uicem diligunt non spe utilitatis sed opinione uirtutis.

Nu. de uera Amicitia.

Q d autem meoy opusculoy aliqd postulas non erat sane apud me nunc quod ad te mitterem. sed in posterū curabimus ut tibi non desit. Amicoy enim cōmunia omnia. Misi uō iam pridem ad dominum regem hispanie qui hoc p suas litteras postulauerat libellos q̄s dam meos in quibus fuit opusculum cuius titulus est ysagocicon moralis phie. Hoc rogo ut uideas & ad me rescribas quid tibi uideatur. Vale ac me ama. Florentie die quarta septembris Mcccc xlii.

Ad Regem aragonie.

REm incredibilem serenissime princeps sed tamen ueram excellentie tue p has litteras indicabo. nec erit tibi ingratum ut opinor eam rem ex me potissimum cognouisse. Scripsi nuper libros quatuor de bello italico aduersus gothos gesto. In eo bello q̄a urbs neapolitana bis obsessa fuit & bis capta primum a belisario

iustiniani duce: posita uō a totila gothoꝝ rege: & utroq;
tempore magna ac notabilis fuit obsidio: decreueram
eos libros tibi eandem urbem obsidenti transmittere,
sed retardauit me respectus quidam, qđ ueritus sum
ne aliquos offenderem, si uiam & occultum aditum quo
dām modo monstrarem ad urbem capiendam. Cum igitur
ob hunc respectum detinerer ecce tua uirtus admirabi
lis neapolim cepit: ꝑ eum maxime modum ut audiui
mus, quo in eisdem libris describitur a belisario fuisse
cāptam. Itaq; ego hec audiens obstupui post mille fer
me annos eandem urbem eodem modo captā & seruatā
fuisse. Neq; enim minorem humanitatem tuam fuisse
audiuimus in conseruando cuies q̄ tunc fuerit belisa
rii: neq; minorem industriam in capiendo. Nec putet
aliquis me ista fingere. Nam libri illi sex mensib;
ante editi a me fuerant q̄ tu urbem illam cepisti. mul
tiq; iam illos non legerant modo uer; etiam transcrip
serant. Vt autem uideas modum quo belisarius tunc
neapolim cepit mitto tibi partem illam libri in qua ca
ptiuitas eius urbis describitur. Vale decus seculi nrī.
xvii octobris florentie.

Leonardus āretinus francisco barbaro uiro clarissimo sal
plurimā dicit. Particulam litteraꝝ tuaꝝ legit hodie
mihi clarissimus uir leonardus uenereus apud nos
a uobis orator. maximam q; exinde letitiam cepi pro
tua incredibili suauitate atq; humanitate. Primum i
gitur de libri pretio nichil est qđ labores. Qui enī

michi illum scripsit alium quoq; rescribet absq; ullo protinus barbaroꝝ sumptu. Tu enim ipē inuutamenta iocandi de nomine tuo prebuisti. Sed utinam tam barbari essent qui italiam inuaserunt q̄ tu es. historiam belli italici aduersus gothos gaudeo tibi placuisse. Sic enim significabat littere tue ad uenereum scripte. Et est profecto non iniucunda hec noua & incognita prius nostris hominibus cognouisse. Quis enim putasset totilam a taruisio uō exortum. Quis tantos eiusdem regis progressus & non nullos cum humanitate maxima. Obsidiones uō urbis rome ab uitigide primum mox a totila pactas tantosq; populi romani labores. Mediolanumq; euersum & neapolim bis captam. bellum q; nauale non longe ab anconis portu & tantas reuolutiones p italiam rez ꝯ maximaꝝ quis non auide legat. Veruntamen est quod petere abste in animo habui. Vides enim mortem totile in hoc libro deficere. quod accidit uitio greci comentarii in ea parte deleti. Scripsit enim hanc historiam ut te nonignorare puto procopius cesariensis grecus scriptor sed admodum ineptus & eloquentie hostis ut apparet maxime in contionibus suis. Quanq̄ tñ audiui eum imitari uult. Sed tantum abest ab illius maiestate, q̄tum thersites forma atq; uirtute distat ab achille. Solum id habet boni qd bello interfuit & ob id uera refert. Ab hoc ego scriptore sumpsi non ut interpres sed ita ut nostram rez a illo susceptam meo arbitratu disponerem meisq; uerbis non illius referrem. Quid est ergo. Velim mi barbare apud uos pquiri facias an uolumen aliquod huius procopii repiatur & uideas an illa pars insit qua

Procopius.

#11630

GORDAN MS 74

ARETINI

EPISTOLARI